

de Injur. potest nihilominus agere propter injuriam Religiosus. ut qui dominium honoris & fame nec abdicavit, nec abdicare forsitan potuit. Ut adeo in hoc passu cum filiofam-

lias, qui unam cum patre personam constituit, comparari nequeat. Magnif. D. P. König ad tit. de Judic. n. 36. Dissentit novissime Clariff. P. Schmalzgrueber ad d. tit. de Judic. sub n. 37.

§. V.

Qualis potestas circa Judicia Prælati Ecclesiasticis competat?

148 In nomine Ecclesiæ, Monasterii, alteriusve loci Religiosi in Judicio standum sit, Prælato Ecclesiæ, Monasterii, locive Religiosi incumbit, actiones & intentare & excipere, absque eo, quod consensus aut consilium Capituli requirere teneatur. Textus complures in cap. nullam 9. XVIII. q. 2. cap. causam 9. de Judic. cap. olim inter 17. de Restit. spoliar. cap. edoceri 21. de Rescript. ubi Panormitan. n. 6. Barbosa n. 2. Gonzalez n. 2. & alii communiter

dentibus faciat Prælati, non tantum consulendò, sed etiam sequendò Judicium majoris partis de Capitulo.

Planè, si Capitulum habeat bona vel jura sua quædam, à Prælato separata, illud agere potest & conveniri sine consensu vel consilio Prælati, nisi causa sit momentosa, prout ex natura correlatorum probant Joann. Andr. ad cap. causam 9. h. tit. num. 4. & Abbas ibid. num. 5.

Quæritur I. an eadem potestas competat Abbatis & aliarum Monialium Præpositis, quæ competit Abbatibus & Prælati cathedralibus?

Resp. affirmativè, si Regula Ordinis vel statuta, vel consuetudines aliter non disponant. Tamburin. de Jure Abbatiss. disp. 32. q. 13. n. 2. ac novissimè Clariff. P. Schmalzgrueber ad h. l. n. 40. Ratio est: quia facultas agendi vel standi in Judicio non tam provenit ex potestate Jurisdictionis, quam œconomica; in qua inter Abbatissas & Abbates non reperitur discrimen per dicta in Lib. I. tit. 5. cap. 6. num. 104.

Quæritur II. quis pro rebus & juribus Parochialium Ecclesiarum agere possit, aut debeat?

Resp. II. si Parochia verum Parochum habeat, nec alicui Collegio vel Monasterio sit unita, jus agendi ad Parochum spectare arg. cap. edoceri 21. de Rescript. quoniam Parochus est legitimus administrator rerum & jurium Ecclesiæ Parochialis. Etiam negandum non sit, quin etiam Episcopo, tanquam principali totius Diocesis Rectori, facultas agendi competat arg. cap. ult. de Success. ab invest. Imò & praxis multorum locorum habet, quòd speciales Præpositi, vulgò Kirchen Präbste / Kirchen oder Heiligen Pfleger / constituuntur, qui rerum Ecclesiæ temporalium & curam extra Judicium, & defensionem intra Judicium gerant. P. Wiestner cit. l. n. 52.

Resp. II. si Parochia alicui Collegio vel Monasterio sit incorporata, atque in ea Vicarius aliquis, seu perpetuus seu temporalis, ad curam animarum exponatur, jus agendi ratione jurium Vicariatus quòd talis penes Vicarium residere; qui autem agendi ratione rerum & jurium aliorum Ecclesiæ, Collegio, vel Monasterio reservatum esse per cap. sanò 6. XVI. q. 2. quia ipsa Ecclesia Parochialis censetur esse in dominio & proprietate Collegii vel Monasterii, cui unita est juxta cap. ad quæstiones 6. de Res. permitt. Sylvester in Summa l. Vicarius quæst. 2. disto 4. Card. Zabarella in Clement. un. de Offic. Vicarii. P. Pirhing ad eund.

111.

tit. n. 16. P. Layman de Jurisdic. Ord. n. 152. 162 Quin &, si Vicarius ob jura Vicariatus quòd talis experiat, Rectorem principalem eadem, si velit, assistere posse, cum illius interest, Vicarium causam non perdere, docent Sylvester & Pirhing h. c. tit.

163 Quæritur III. quis super rebus & juribus Hospitalium agat?

Resp. Rectores Hospitalium; veluti supponitur in Clem. quia contingit 2. in pr. de Reli-

gios dom. dum Rectores ejusmodi à Pontifice redarguantur, quòd res & jura ab occupatoribus & usurpatoribus manibus excutere negligant; dumque, ut occupata, depredata, & alienata indebitè, in statum reduci debentur, jubentur; simulque Ordinariis injungitur, ut, ad id faciendum, Rectores Hospitalium non exemptorum ordinaria; Rectores autem Hospitalium exemptorum Apostolica auctoritate compellant.

§. VI.

An & quando excommunicati ac banniti Judicium accedere possint?

164 Circa excommunicatos distinguendum est, velint in Judicio stare tanquam actores, vel tanquam rei. Tanquam actores stare non possunt, sive denuntiati sint, sive non cap. d. vobis 2. cap. exceptionem 1. 2. de Except.

165 cap. decernimus 8. de Sent. excommunicat. in 6. Licet enim cum excommunicatis non denuntiatis fideles possint communionem habere, habere tamen non tenentur: utpote cum Extray. Martini V. ad evitanda scandala non excommunicatorum, sed fidelium respiciat favorem.

166 Tanquam rei non tantum stare possunt in Judicio per procuratorem, sed etiam debent cap. cum inter 5. de Except. ne videantur de suis malis commodum reportare, ut loquitur Alexander III. in cap. in electionibus 7. de Judic. Gonzalez ibid. in n. 4. annectens, excommunicatum, si commodè possit, debere per procuratorem se defendere; si commodè non possit, per se ipsum exceptiones opponere posse.

167 Faciunt tamen Aa. à priori distinctionis membro quatuor exceptiones. Prima est: quòd excommunicatus agere possit in ipsa excommunicationis causa per cap. ipso Jure 1.

168 de Rescript. in 6. Secunda: quòd agere possit, ubi periculum anime, quòd SS. Canones omnibus modis evitare student, ver-

169 sicutur, v. g. in causa matrimoniali. Tertia:

quòd agere possit, quando periculum est in mora, & quasi necessitas impellit ad agendum, puta, si reus de fuga suspectus sit. Quarta: quòd agere possit in reconventione, ne, si causa reconventionis cum causa conventionis sit connexa, sicut, si debitor agat contra creditorem ad restituendum pignus, actione pignoratitia directè, & creditor adversus debitorem vicissim agat actione contrariè. Secus si causa una cum altera connexa non sit cit. cap. cum inter 5. de Except. quia talis reconventio non tam defensionis quam conventionis & impugnationis naturam continet arg. cap. significantibus 2. de Morsis petis. Neque, ut appellato à sententia, necessaria, fed omnino voluntaria est. Panormitanus, Decius, Layman, Barbosa, Gonzalez, & alii Interpretes ad d. cap. cum inter de Except. & d. cap. in relectione de Jure.

Circa bannitos, bannò Imperiali majori, eòdem serè modò, quòd circa excommunicatos, discurrendum est: nam & illi, cum deportatorum instar habeantur, ac civitatem & communionem cum civibus Romanis non habeant, agere prohibentur in Judicio arg. l. si ut propius 5. Cod. de Bon. proscript. Nov. 134. cap. ult. Ord. Cam. p. 2. r. 9. 8. Et semand 2. 8. sobald x. Vantius de Nullis. fement. tit. 11. n. 51. et si se defendere non vetentur. Ummius ib. 4. n. 23.

SECTIO III.

De Advocatis.

SUMMARI A.

173. Advocatorum Etymologia. 174. & seq. Homonymia. 176. Synonymia. 177. & seq. Encomia. 180. & seq. Differentia apostolorum. 182. & seq. Descriptio. 185. & seq. Divisio. 189. Advocati nequeunt esse excommunicati. 190. Religiosi. 191. Clerici in majoribus in Judicio seculari. 192. Clerici in minoribus beneficium habentes. 193. Alias, si contra Ecclesiam patrocinentur, cadunt beneficium. 194. Consilium Juris conficere non est illis prohibitum. 195. Referuntur alii, ab Advocando Civilis Jure remoti. 196. Causam injunctam defendere non potest advocatus. 197. Nec probabilem, si vicariam prudenter nequeat sperare. 198. & seq. Secus, si ipse victoria

prudenter habeat. 201. & seq. Dna oppositio- nes revinduntur. 205. & seq. Dna exceptio- nes subjunguntur. 207. Advocati obligantur ad diligentiam. 208. Ad reservacionem dantur, per negligentiam sentit. 209. Ad modestiam. 210. Ad brevitatem. 211. Ad veritatem. 212. Ad fidelitatem. 213. Ad juramentum. 214. & seq. Quidam permittunt Advocatis, dolo in causis bona versari. 216. & seq. Sed veseluntur. 220. & seq. Error Advocatorum nocet clienti, si præsens sit, nec contradicat. 223. & seq. Advocatus abique rationabili causa nequit à patrocinio suscipio desistere. 225. Client Advocatum regulariter mutare potest. 226. Solvitur l. 14 §. 1. Cod. de Jud. 227. Advoca-

Advocati habent varia privilegia. 228. & seqq. Personalia. 234. & seqq. Realia. 239. & seqq. Ratione salarii possunt diversimodis praeferri. 242. Etiam si privati patrocinium

int. 243. & seqq. Nec de quota licis pacifici possunt. 247. & seqq. Nec de palmario. 249. Nisi lis finita jam sit, ubi pactum utrumque valet.

§. I.

Quid sint Advocati?

- 173 Inter personas minus principales, ad Judicium concurrentes, primò recenseantur Advocati, ab advocando sic appellati, quasi ab alijs advocentur, ut causae merita discuciant, juvent, proponant. Ummius ad *proceff. Judic. disp. 2. tit. 4. n. 18.*
- 174 Sumuntur Advocati aut laxè, aut presè. Laxè sumpti comprehendunt omnes, qui advocantur, ut quòvis modò assistant, vel defendant; et indeque etiam Patroni seu Protectores Ecclesiarum, Monasteriorum, Civitatum &c. Advocati nuncupantur *cap. in singulis 7. in fin. de Statu Monach. cap. prater à 23. de Jure Patron. 2. feud. 27. §. quicunque 7. Illustrif. D. Petra in Comment. ad consil. 7. Greg. IX. 175 à n. 5. 10. 2.* Ipsi quoque Procuratores in eadem significatione Advocati salutariter arg. l. praesè 1. §. 1. ff. de Extraord. cognit.
- 176 Presè accepti illos tantum complectuntur, qui ad Jura litigantibus subministranda advocantur *l. 1. Cod. de Advocat. divers. Judiciorum. & de Advocat. divers. Judicium.*
- 177 Advocati, presè accepti, dicuntur aliò nomine Causidici l. quisquis 6. in pr. Cod. de Postul. Patroni causarum l. si patronum 1. l. quidquid 5. l. Advocati 14. Cod. de Advoc. div. Judicior. Oratores l. omnes 33. §. 1. in fin. Cod. de Episcop. & Cleric. Togati, ab habitu scilicet longiore, quò vestiti incedebant d. l. quidquid 5. l. post duos 15. in pr. Cod. de Advocat. div. Judicior.
- 178 Exornantur quoque in d. l. Advocati 14. Cod. d. i. pluribus alijs elogiis, quòd nempe dirimant ambigua facta causarum, suaeque defensionis viribus in rebus saepe publicis ac privatis lapsi erigant, fatigata reparant; nec minus

§. II.

Quotuplices sint Advocati?

- 185 Advocati alii sunt publici, alii privati. Publici sunt, qui in causis publicis & fisci operam suam impendunt, de quibus est proprius titulus in Cod. de Advocatis fisci. Privati sunt, qui in causis privatorum operam & auxilium praestant. D. Fleck. in Biblioth. lib. 5. tit. 24. num. 4.
- 186 Advocati rursus alii sunt Ordinarii, alii Extraordinarii. Ordinarii sunt, qui publicè auctoritate ad causas perorandas destinati, quasi ex officio patrocinium litigantibus conferunt; qui etiam jurati, Immatriculati, seu in Album Advocatorum relati dicuntur, ac ordinariè in certo numero assumuntur l. petitionem 13. Cod. de Advocat. div. Judicior. Ord.
- 187 Cam. p. 1. tit. 18. n. 9. Extraordinarii sunt,

provideant humano generi, quàm si praeliis atque vulneribus patriam parentisque salvarent &c.

Frequentius autem in Jure postulantes & 179 postulatores nominantur in tit. 37. libri 1. Decretal. de Postulando, concordante eod. tit. ff. & Cod. quia nimirum amicum suorum desideria proponunt in Judicio. Differunt in 180 hilominus Advocati à postulatoribus, sicut species à genere: nam omnes Advocati sunt postulatores, et si non omnes postulatores sint Advocati: quia postulatores vocantur, & qui sua, & qui aliena vota explicant in Judicio l. hunc titulum 1. §. 2. ff. de Postul. Advocati 81 e contra sunt, non qui propriam, sed alienam in Judicio causam perorant. Lauterbach ad eund. tit. §. 4.

Defensibiles possunt Advocati, quòd sint per 182 sonae, quae causis alienis patrocinium in Judicio praestant.

Dixi I. quae causis alienis. Adeoque distincti 183 Advocatos à postulatoribus, qui suam quoque causam defendunt; in §. 4. uberiùs explanaturus, quasnam causas perorandas Advocati suscipere possint.

Dixi II. patrocinium in Judicio praestant. Quod 184 fit, si Advocati speciem facti unà cum omnibus circumstantiis pensatare considerent; genus actionis eligant; libellum ritè concipiant; merita causae proponant; argumenta ex facto & Jure depromant; fundamenta contraria argute diluant, veluti moment & mandant Imperatores in l. quisquis 6. §. 1. & seqq. Cod. de Postulando. ac quotidiana meliùs practica docebit.

§. III.

Quinam Advocatos agere valeant?

- 189 **A**dvocatos agere valent, quibus nec Canonici, nec Civilis Juris prohibitio resistit. Jus Canonicum ab advocando arceat. I. excommunicatos per *cap. intelleximus 7. de Judic. cap. decernimus 8. de Sent. excommunicat. 190 in 6.* II. Religiosos, praterquam si pro utilitate sui Monasterii, accedente Superiorum consensu, litigantibus assistere velint, per *cap. Monachi 35. §. similiter XVI. q. 1. cap. ex parte 2. de Postulando.* Quòd ipsò tamen in casu excipiuntur FF. Minores S. Francisci in *Clem. 191 extri 1. de V. S.* III. Clericos; sed eum discrimine inter Clericos in majoribus & minoribus Ordinibus constitutos. Clerici in majoribus nequeunt obire munus Advocati in Judicio Seculari (bene verò in Judicio Ecclesiastico & Curia Romana) nisi in causa propria, suae Ecclesiae, personarum aut conjunctarum aut miserabilium *cap. Clerici 1. & cap. 192 ult. d. 1. & ibi Interpretes.* Clerici in minoribus possunt etiam in foro Seculari agere Advocatos, dummodò beneficium Ecclesiasticum non habeant, & causas criminales adversus reum & delinquentem non suscipiant *d. cap. Clerici 1.*
- 193 Planè si Clericus quiscunque contra Ecclesiam, à qua beneficium habet, spontaneè voluntate advocatiam pro extraneo suscipiat,

beneficiatum, tanquam ingratum, privare potest *d. cap. ult. & cap. gravem 15. de Excess. Prel. Jura tamen litigantibus extra Judicium suggerere 194 re, consilium aut responsum Juris format, nec Clericus, nec Religiosus interdictionum puto arg. l. praesè 1. §. 11. ff. de Extraord. cognit. neque enim cum dedecore statùs sui causis forensibus hòc modò se immiscet, sed potius acùm Christianae charitatis exercet. Panormit. in rubr. tit. de Postul. n. 2. P. Engel ad eund. tit. n. 7. P. König ad cit. tit. n. 15. P. Wiestner ibid. n. 11.*

Jus Civile repellit ab Advocando I. minores 195 res 17. annis l. hunc titulum 1. §. 3. ff. d. r. II. sceminas d. l. §. 5. III. surdos, cecos, & mutos d. l. §. 3. & 5. IV. infames d. l. §. 5. & 6. V. Juris imperitos l. meminisse licere 1. l. §. 1. Cod. de Advocat. divers. Judic. VI. Judices & arbitros in ea causa, in qua judicant l. quisquis 6. in pr. Cod. de Postul. VII. potentiores contra infirmiores *l. r. Cod. Ne liceat potentior. VIII. Grad. Licentiatùs vel Doctoratùs Juridici defitutos, ut insinuat Ord. Cam. p. 1. tit. 18. & docent D. Fleck. d. lib. 5. tit. 24. sub num. 9. Lauterbach ad tit. ff. de Postul. §. 11. Addatur R. I. de anno 1654. §. sinemahlen aber 28. in fin. IX. spurios & illegitimos quoscunque Ord. Cam. d. p. 1. tit. 18.*

§. IV.

Quasnam causas perorandas suscipere possint Advocati?

- 196 **D**ico I. Quando causa clientis videtur esse injusta, nequit peroranda suscipi ab Advocato. Ratio relict ex terminis: quia cooperari ad sententiam injustam, simulque sumptus & expensas inutiles causare, non est concessum Advocatis, nisi restitutionis & satisfactionis oneri se velint subternere. Sed, si Advocati suscipiant causas injustas, cooperantur ad sententiam injustam, simulque sumptus & expensas inutiles causant. Ergo &c. Illustrif. D. Petra *ro. 4. ad consil. 2. Bened. XII. num. 23.*
- 197 Dico II. Quando causa clientis Advocatis videtur esse probabilis, nec tamen spes prudens affulget victoriae, nequeunt Advocati officium suum imponere. Ratio colligitur ex ante dictis: quia injustum est, aliquem manifesto discrimini & jacturae bonorum subijcere. Sed quando Advocati suscipiunt causam, quae quidem probabilis est, sed prudentem victoriae spem adjunctam non habet, subijcunt clientem suum manifesto discrimini & jacturae bonorum, dum faciunt, ut pecunia in litem frustra impendantur. Ergo &c. Unde, si Advocati sciunt, in Dialecterio, in quo causam perorant, sententiam sibi contrariam praedicari, inique agunt, nisi à patrocinio desistant.
- 198 Dico III. Quando causa clientis Advocatis, illi debet potius & fortius Advocatus fa-

vis probabilis videtur, ac simul spes prudens victoriae subest, possunt Advocati licet suscipere, esto sententia partis ad verse videatur probabilior. Ratio est partim: quia causam verè problem in Judicio suscipere potest ipsemet clientis; adeoque Advocatus, cuius est, desiderium clientis adjuvare, fovere, instruere, ut sententiam quae publicè interest. pro 199 babiles quoque lites suscipi, ut, propositis utriusque causae meritis, eò faciliùs manifestetur veritas: partim quia Advocatus non fert 200 sententiam, ut Judex; sed argumenta solum, pro ferenda in favorem clientis sententia, proponit, ut Jurisconsultus: unde non tenetur, ut Judex, pro sententia probabilior stare, sed potest etiam pro sententia probabilioribus & fundamenta Juris, ut [Ctus, allegare, itaque Judicem instruere, ut certior sit de iustitia causae, ac si putet sententiam, quam Advocatus censet probabilem, esse probabilior, pro illa judicet. Conferantur Gutierrez *Q. Q. Canonie. lib. 1. cap. 23. n. 24. Lessius lib. 2. de l. & l. cap. 31. à n. 52. Sant-Gallenles cit. supra tract. 4. quæst. 3. sub conclusif. 3. Haunold. d. tit. 2. à n. 543. König ad tit. de Postulando à n. 17. Gletle 1. part. pandect. q. 26. n. 9.*

Oppones I. qui habet jus potius & fortius Advocatus fa- 201 tius, illi debet potius & fortius Advocatus fa- vere

vere. Sed, qui habet causam probabilior- rem, habet jus potius & fortius : quia jus magis in favorem illius inclinatur. Ergo &c.

202 Resp. distinguendo major, qui habet jus potius & fortius à pariter, illi debet potius & fortius Advocatus favere ; conced. major. si jus tantummodò putativum habeat ; neg. major. Qui verò sententiam favorabilior- rem habet, putat equidem & putatur fortius habere jus, quam alter, qui sententiam solum. probabiliter instructus est, sed reipsa non habet majus jus : quia sententia, quantumcumque probabilis, potest esse materialiter & realiter falsa, et si illius propugnatori verissima censeatur.

203 Oppones II. qui bellum alteri movet, debet credere, causam suam adversarii causâ probabilior- esse. Ergo etiam, qui litem alteri intentat, debet existimare, litem suam lite adversarii probabilior- esse.

204 Resp. disparitatem esse, quòd Princeps v. g. bellum gesturus simul pars simul & Judex sit ; ideòque non quamlibet sententiam, sed solidior- sequi teneatur : cum ex adverso Advocatus, litem persecuturus, non Judex, sed pars sit, aut saltem partis assilens & protector. Alioquin si Advocato non liceret

assumere causam probabilem, nec parti liceret.

Excipiunt à posteriori conclusione DD. 207 I. casum, quòd causa rei est probabilior, ac, si reportaret sententiam sequior- , magnum damnum in corpore, honore, vel famâ pareretur : tunc enim, sicut actor ipsemet peccaret contra charitatem, si, litem minus probabilem prosequeretur, reum in extremam aut gravem necessitatem conjiceret, cum magis eidem subvenire teneretur : ita & multò magis Advocatus. Sic Sant-Galleses loc. cit. quibus subscribit Lessius, quando actoris non multum interest, causâ potiri.

Excipiunt II. casum, quòd dubium versatur in factò, ut si dubitetur, sitne testamentum conditum, legatum relictum, contractus initus &c. nec adsint testes, instrumenta, vel modi alii ad probandum idonei : tunc enim causam probabilem suspicari non posse ad Advocatò, eò quòd moraliter sit certus de veritate partis adversar- , cum Cardinale de Lugo sustinet Haunold d. tr. num. 542. & D. Gletle d. q. 26. num. 7. Quæ ipsa tamen exceptio, si probè penetratur, non tam conclusionem tertiam limitare, quam cum conclusione secunda coincidere videtur.

§. V.

Quam Obligationem habeant Advocati?

207 Advocati obligantur I. ad diligentiam, ut videlicet sedulò rimentur factum cum adjunctis, ruminentur Leges, consulant libros, nec quidquam intermittant, quòd causæ semel susceptæ còmodum & proficuum esse valeat. Textus insignis in l. rem non novam 14.

208 §. 1. Cod. de Judic. Quòd si negligentia (latâ saltem & Levi, cum negotium partis & Advocati commodum regulariter respiciat) vel imperitiâ eorum damnum incurrat cliens, ad illius reparationem actione Legis Aquiliæ conveniri possunt arg. §. imperitia 7. & §. seq. Instit. l. idem Juris 8. in pr. & §. 1. ff. ad Li. Aquil.

209 II. obligantur ad modestiam, atque à calumniis, convitiis, dictis &c. abstinere tenentur, nisi penas dare velint l. quisquis 6. §. 1. Cod. de Postul.

210 III. obligantur ad breviterem ; in deductione causæ servandam ; superfluas allegationes rescandâs ; & dilationes frustratorias amputandâs d. l. quisquis §. 4. l. properandum 13. §. 9. Cod. de Judic.

211 IV. obligantur ad veritatem & justitiam, ut nimirum aliud nihil in Judicio proponant, nisi quòd justum & verum esse prospexerint d. l. rem non novam 14. §. 1. Cod. d. 1.

212 V. obligantur ad fidelitatem & silentium ; & si cum adversario aut ejus Advocatis coluserint, aut causam prodiderint, aut aliquid in eorum gratiam omiserint, tam quasi prævaricationis quam falsi criminis reos se faciunt l. atheros 4. §. 4. ff. De his qui nos. infam. l. prævaricator 1. in pr. & §. 1. l. prævaricationis 3. §. 2.

hæc faciant satis Advocati, de Jure Communi in cit. l. rem non novam 14. §. 1. Cod. de Judic. in principio ejusque litis judicium præstare obstringuntur ; quòd tamen juramentum, ut docet ex Manzio P. Haunold. d. tr. n. 533. hodie otò sæculò semel tantum & ab initio suscepti officii præstare solent.

Queritur I. an Advocatis, si causam bonam soveant, liceat adversarium dolò vel fraude circumvenire ? Sic enim asserere videntur Mynsinger cent. 3. obs. 6. Ummius de proc. disp. 2. lib. 8. n. 41. & perpauci, ab istis allegati, quos ea movet ratio : quòd Advocatus, bellum civile & forensis gerentibus, idem liceat, quòd aliis belligerantibus est licitum : istis verò, si bellum justum moveant, dolis in hostem uti non est prohibitum, juxta sententiam D. Augustini in cap. Dominus 2. XXIII. q. 2. relati, ibi : cum bellum justum susceperit, utrumque apertè pugna, utrumque insidias vincat, nihil ad justitiam interest. Sed

Resp. negativè cum Covarruv. var. resol. 216 lib. 1. cap. 2. num. 1. & 3. Struv. d. Exercit. 7. lib. 8. Miller ibid. Stryck. dissert. de conscient. Advoc. (quæ reperitur in dissert. Francosari. Vol. 2. quoad numerum 13.) cap. 3. num. 58. & seq. & plerisque sanioris doctrinæ Viris. Ratio 217 perpicua est : quia Advocati non tantum

in mala sed etiam in bona causâ boni esse, atque adeò à fallacis & fraudibus abstinere debent, juxta illud August. contra mendac. cap. 7. afferentis : quæ constat, esse peccata, nullò bono cunctò, nullò quasi bono sine, nullâ velus bona intentione faciendâ sunt. Ergo pessimè faciunt Advocati, qui, ut triumphant in causâ bona, mala & illicita apprehendunt remedia ; pro veritate & argentes mendacia.

218 Nec ullum prædium sperare poterunt Adversarii ex paritate cum bello : nam etiam in bello dolos & fraudes, tanquam realia mendacia ; abesse debere, meliores Politici docent, & docere debent, ut scriptum defimus in lib. 1. tr. de Jure Leg. cap. 4. n. 96. Hæcque non alia mens Augustini est, insidias occultas permittentis in bello, quòd nempe dolò bonò, stratagemate, prudentiâ ac solertiâ laudabilis liceat uti ; quòd idem in Judicio licitum, nec Advocato vitium est, quò minus, salvâ veritate, eludere vel circumvenire possit adversarium.

219 Quòd porò contendit Ummius cit. n. 41. in fin. & in necessitate, & ex causa licet mendacium dicere, cum aliquis juvatur, neque quicquam cuique noceretur, est contra principia Naturalia : cum enim mendacium sit intrinsecè illicitum, pro omni casu & eventu, adeò ut ne quidem DEUS in illo dispensare possit, sicuti in trakt. cit. cap. 2. num. 99. item num. 194. ostensum est, quomodò in necessitate vel ex causa poterit licitum fieri ?

220 Queritur II. an error Advocatorum, quidquam in præjudicium suorum clientum falsò afferentium, vel allegantium, noceat clientibus ?

Resp. cum distinctione : vel enim cliente præsentè & intelligente simile quid facit Advocatus ; vel eò absente, aut saltem non intelligente.

221 Priorè casu nocet clienti, si intra triduum non contradicat l. ea qua. 1. & l. ult. Cod. de Error. Advocat. quia impletur cliens errorè approbâsse presumitur l. qui patitur 18. ff. Mand.

222 Posteriorè casu non nocet l. errores 2. Cod. d. 1. quia Advocatus

non sustinet personam clientis, nec vicarius, sed assilens esse. Perez ad tit. tit. n. 1. & 2.

Queritur III. possine vel Advocatus à 223 patrocinio, semel suscepto, desistere ; vel cliens Advocatum, semel habitum, mutare ?

Resp. I. Advocatum non posse à patrocinio, semel suscepto, ante sententiam definitivam desistere, nisi causam rationabilem habeat. Textus in l. properandum 13. §. 9. ibi : eam usque ad terminum implere Cod. de Judic. Ratio est : quia & alius, qui negotium quoddam curandum aut peragendum suscepit, id ad finem usque perducere tenetur, nisi rationabilem desistenti causam habeat ; qualis esse censetur ; si forsitan inter Advocatum & clientem inimicitia ; aut inter Advocatum & adversarium amicitia fore propinquitas, lice durante, superveniret.

225 Resp. II. licere clienti, Advocatum, semel habitum, mutare, si modò speciale præjudicium aut damnum non sentiat, ut sentiet, si interea habuisset occasionem, aliorum litigantium partes suscipiendi, eam nihilominus in gratiam clientis ; ut ejusdem causæ solertiùs in vigilare posset, recusasset. Ratio est : quia Advocatus præcisè assiluntur in favorem clientis ; qui proin favori suo cedere, ac beneficiò, quòd præstat Advocatus, renuntiare potest, si, ut dictum, sit speciale præjudicium aut damnum non sentiat.

Neque obloquitur textus in l. rem non novam 14. §. 1. Cod. d. 1. in verbis : nulla licentia concedatur, sive litigatori ad alterius Advocati patrocinium convolare. Nam, ut rectè explicat Haunold. cit. l. n. 532. genuinus horum verborum sensus est, clienti, quem Advocatus ob cognitam causæ injustitiam deseruit, non dari licentiam, ad alterius Advocati patrocinium convolandam, ex ratione, quam ibidem suggerit Imperator : ne, melioribus contentis, improba advocatio subvertatur ; hoc est, ne novus Advocatus non in prædium innocentia, sed injustitiæ protectionem, assumatur.

§. VI.

Qualia Commoda & Privilegia habeant Advocati?

227 UT homines magis magisque incitarentur ad munus Advocati gerendum, multitaria Advocatis comoda & privilegia sunt concessa, quæ Samuel Stryck. in dissert. de privilegiis Advocat. (quæ habetur in dissert. Francosari. Vol. 1. n. 15.) ad duo capita revocat, puta ad privilegia personalia & realia.

228 Privilegia personalia, quæ scilicet magis personam, quam patrimonium concernunt, sunt I. Nobilitas, quam Advocatis in Supremis Imperii, Imperatoris, aut Principum Dicasteriis competere, potissimum deduci potest ex l. providendum 7. Cod. de Postul. l. cum advocatio 8. Cod. de Advoc. div. Judicior. l. ult. Cod. de Decurion.

II. participatio privilegiorum militarium arg. l. Advocatis 14. Cod. eod. il-

lis exceptis, quæ ob ignorantiam militibus concessa sunt.

III. immunitas à tortura argumentò, à militibus deducit ex l. miles §. Cod. de Quæst. IV. immunitas à carcere, in cuius locum Advocato delinquenti honestum cubile assignandum arg. d. l. milites §.

V. libertas à pœnis, quæ magis à ignominiositate sunt, uti suspensum, fustigatio &c. arg. l. aut facta 16. §. 3. l. capitalium 28. §. 2. & ult. ff. de Pan. VI. usus vehiculorum in loco, ubi Princeps residet arg. l. un. Cod. de Honoratorum vehiculis lib. 11. tit. 19.

Privilegia realia, quæ non tam personam quam patrimonium respiciunt, sunt I. immunitas ab oneribus & muneribus, realibus & personalibus arg. l. Medicis 6. Cod. de Proff. D 2

feff. & Medic. juncta l. Grammaticos 2. Cod. eod.
 235 II. exemptio a recipiendis hospitibus & militibus l. *facimus 5. Cod. de Advocat. div. Judicior. l. peritioses 5. §. 2. Cod. de Advoc. div. Judicior. l. peritioses 5. §. 2. Cod. de Advoc. div. Judicior. l. peritioses 5. §. 2. Cod. de Advoc. div. Judicior. l. peritioses 5. §. 2. Cod. de Advoc. div. Judicior. l. peritioses 5. §. 2.*
 236 cum. III. prelatio filiorum, ex Advocatis descendendum, quoad officium Advocati, quam habent prae extraneis d. l. *peritioses 5. §. 5.*
 237 mes 5. §. 5. IV. beneficium competentiae, ratione cuius ultra, quam possunt, creditoribus satisfacere non tenentur arg. l. *miles 6. in princ. & l. item miles 18. ff. de Re judic.*
 238 V. jus petendi salarium, seu honorarium, cui stipendium impendi laboris, ad litteram textus in *cap. non licet 71. XI. q. 3.* Circa hoc multa praerogative Advocatis competunt.
 239 Prima est: quod salarium possint exigere, etsi nihil de eo conventum sit, in ea quantitate, quam pro modo litis, Advocati facundia, & fori consuetudine praestari, aequum est; imploratus enim in finem nobili Judicis officio, ut habet textus in l. *prodes 1. §. 10. ff. de Extraord. cognit.* Secunda: quod annuere tur peculio quasi castrensi l. *fori 4. l. cum Advocat. l. 3. Cod. de Advocat. div. Judicior.* Tertia: quod integrum debeatur Advocato, si per eum non steterit, quod minus operam suam clientis usque ad finem litis exhibuerit; ut, si infirmitate correptus, aut omnino mortuus fuerit d. l. *prodes 1. §. 13. ff. de Extraord. cognit. ibi: Divus Severus ab heredibus Advocati, mortuo eo, prohibuit mercedem repeti: quia per eum non steterat, quod minus causam ageret; cui suffragatur textus in l. *sed adde 19. §. ult. & l. qui operas 28. in pr. & l. 1. ff. Locati.*
 242 Nec audiendi sunt, qui praerogativam hanc solis Advocatis filici tribuunt: etsi enim in l. *post duos 15. §. 1. Cod. de Advocat. divers. Judicior. de Advocatis filici statuatur, quod, si fatalem diem obierint, universa totius salaria, ex quo hoc idem officium per agere coeperint, ad heredes suos transmittendi liberam habeant facultatem: attamen non additur aliqua particula taxativa, restrictiva, aut aliorum Advocatorum exclusiva: standum propterea il. generalibus, primum citatis. Gail. 1. *obf. 44. n. 12. Brunn. ad cit. l. prodes n. 7. Lauterbach cit. l. §. 26. Stryck. d. cap. 3. n. 11.***

Quaeritur autem I. an Advocati cum suo cliente de quota litis pacifici possint, hoc est, convenire, ut certam quotam seu partem summae vel lucrui, per sententiam adjudicandi, consequantur?

Resp. negativè. Sic respondent omnes cum Gail. l. 1. *obf. 44. n. 1. Engel d. l. sub num. 10. D. Gletle in tract. de Palis cap. 5. n. 3.* Textus in l. *sumptus 53. ff. de Pal. l. salaria 7. ff. Mandati l. si qui 5. l. quisquis 6. §. 2. Cod. de Postul. Ratio est: tum quia quota litis, in pactum deducta, censetur proximam delinquenti occasione suppeditare, ac Advocatum, pro obtinenda favorabili sententia, ad quavis illicita media, dolos, & fraudes animare: tum quia suspicio non levis de consensione subfess, ne cliens, metu pendende litis, invidius tale pactum ineat: tum quia Advocatus, similiter modo pacifens, non multum ab eo distat, qui lites alienas redimit, contra quem inlurgit l. *item 1. §. Cod. de Procurator.**

Quaeritur II. possint Advocatus de palmario cum cliente pacifici, hoc est, convenire, ut in casum victoriae aliquid extraordinarium solvat?

Resp. negativè. Ita Menoch. de *arbitr. Judic. cap. 522. num. 7. Brunnean ad l. mox citanda num. 6. Lauterbach in disp. Jurid. de Palmari. Advocat. cap. 4. th. 25. & seq. D. Gletle d. cap. 5. n. 5. contra Gail. d. l. 1. *obf. 44. n. 2. Bethlich. p. 1. concl. 9. n. 76. Carpov. Jurisprud. for. p. 1. cons. 1. def. 24. n. 4. & def. 34. n. 2.* Textus in l. *prodes 1. §. 12. ff. de Extraord. cognit. cui consonant textus, in num. 234. recitati. Ratio est: quia pactum de palmario, haud secus ac pactum de quota litis, ex una parte Advocatum ad peccandum, & litem calumniosè continuandam animare; ex altera vero parte clientem, ac metu amittende litis, invitum ad conventionem compellere, rationabiliter praesumitur.**

Planè post litem jam peractam, & partam victoriam, tam de quota litis, quam de palmario pacifici, non est prohibitum: cessat enim tunc & periculum calumniae, & suspicio consensionis. Lauterbach. *cit. disp. cap. 3. th. 7. n. 5. & seq. Gletle d. cap. 5. n. 4. & 5.*

SECTIO IV.

De Procuratoribus.

SUMMARIA.

250. Procuratoris etymon. 251. & seq. Homonymia. 255. Definitio. 256. Administrat causas alienas. 257. & seq. Mandatò Domini. 259. Distinguitur à negotiorum gestore &c. 260. & seq. Distinguitur etiam ab Advocato. 262. & seq. Praxis Camera Imperii, & Curia Romana. 264. & seq. Procurator alius est verus; alius presumptus. 267. Alius in rem suam; alius in rem alienam. 268. & seq. Item alius ex parte actoris; alius ex parte rei. 271. & seq. Discrimen inter acti-

nem utilem & directam. 274. & seq. Rursus alius est procurator principalis; alius substitutus. 276. Alius specialis; alius generalis, vel simpliciter vel cum libera. 277. & seq. Hac diversitas à quibusdam rejicitur. 279. & seq. Defenditur. 282. Textus contrarii solvuntur. 283. & seq. Regula de persona Procuratorem constituit. 285. & seq. Illationes particulares ex regula. 291. Exceptio de Pralatis Ecclesiasticis. 292. & seq. Disquiruntur, an quis teneatur Procuratorem constituere: 294.

Regula

Regula de persona Procuratoris. 295. Procuratores esse sequuntur milites. 296. Decuriones. 297. Praetores. 298. Feminae. 299. & seq. Infames, certò tales. 301. & seq. Aftiores 25. annis. 306. & seq. Dissensionium argumenta reselluntur. 313. & seq. Exceptio in minoribus, si Licentiatii vel Doctores sint. 315. & seq. Plures utroque Jure Procuratores constitui possunt. 319. & seq. Activa contraria proponantur, & resutantur. 327. & seq. Nemo potest ad officium Procuratoris compelli. 329. Nisi alicubi sit publicum. 330. & seq. Objeclum seu causa Procuratorum adstruuntur. 332. & seq. Causa criminales, civiliter agitata. 334. & seq. Non item criminatim intentata. 336. & seq. Nisi agatur ad penam, relegatione minorem. 341. & seq. Aut ad penam pecuniariam, sibi inferendam. 344. & seq. Aut ad excusandum reum absente. 347. & seq. Causa injuriarum non est excepta. 349. & seq. Ex parte actoris quoque non admittitur de Jure Communi Procurator in criminalibus juxta prorem explicativum. 353. Aliud est de Jure Carolini. 354. & seq. In actionibus popularibus admittitur Procurator solum ex parte rei. 357. & seq. In causa matrimonialis admittitur, si non pure agatur ad penam. 360. & seq. Litis contestatione quis

Procurator sit liti Dominus. 362. & seq. Potestas specialis Procuratorum varias pro varietate mandati. 367. & seq. Procurator obligatur ad diligentiam maximam. 369. & seq. Subinde Dominum in reconventione tenetur defendere. 373. & seq. Tenetur etiam appellare. 376. & seq. Et secundum aliquos appellationem praesui. 381. & seq. Non avertit secundum nostra principia. 385. & seq. Respondetur ad contraria. 389. Prodest principali. 390. Tenetur ad resarcitionem omnium damni. 391. & seq. Nocet principali post litem contestatam in rebus. 394. & seq. Si Dominus non possit suam consequi a Procuratore, datur ex multorum sententia restitutio. 398. & seq. Contraria sententia probatur. 403. & seq. Prioris fundamenta evertuntur. 405. & seq. Sententia, à falso Procuratore reportata, non potest in favorem Domini variabentis convalescere. 409. & seq. Sed Lanium in ordinata. 411. & seq. Explicatur l. 56. ff. de Judici. 413. & seq. Cessat officium Procuratoris regulariter mutuo assensu. 415. & seq. Revocatio libera Domini, ante litem contestatam, facta. 417. Remissionis Procuratoris ante litem. 418. & seq. Mortis Domini ante litem. 420. & seq. Mortis ipsius Procuratoris.

§. I.

Quid sit Procurator?

250 **I**N numerum personarum, minus principaliter ad Judicium venientium, secundo referuntur Procuratores, ita à verbo *curro* & praepositione pro intulit, quod pro alio aliquid curens, seu curam pro alio gerat. Germanicè *ein Anwalt* / *Gewalthaber* / *Gewollmächtigter*. Wefenbec. ad tit. ff. de Procurator. n. 1. Miller ad Struv. d. exercit. 7. th. 24. Lauterbach eod. tit. §. 3.

251 **A**ccipitur nomen Procuratoris subinde tam extensè, ut quovis rerum alienarum Administratores, Tutores, Curatores, negotiorum Gestores, complectatur l. *si ego 24. ff. de Negot. gest. l. si tutela 3. ff. de Tutela & ratio. distrah. l. si quis 58. §. 1. ff. de Solvi. l. si sine 22. §. 1.*

252 **S**ubinde accipitur strictius, ac illos tantum significat, qui negotia aliena, tam extra quam intra Judicium, mandatò Domini administrant l. *Procurator 1. in pr. l. servum quoque 33. in pr. & §. 1. l. mutus 43. in pr. §. 1. & seq. ff. de Procurat.*

253 **S**ubinde accipitur strictissime, solumque is appellatur Procurator, qui causas judiciales, mandatò Domini gerendas, suscipit; & quidem, si actoris causam suscipiat, Procurator in specie; si causam rei procuret, Defensor nuncupatur. l. *minor 51. ff. d. t. l. nam posteaquam 9. §. 6. l. si quis servandum 34. §. 1. & 3. ff. de Jurjurat.* Hoscque inter ea est differentia, quod ille mandatò, vero vel praesumptò, opus habeat; iste, cum cautione judicatum solvi, & de rato, sine mandatò admittatur l. *servum 33. §. 2. ff. de*

Procur. Immius de proc. disp. 3. th. 6. num. 35. & 36. Lauterbach cit. l. §. 2. & 71.

Ex triplici hac acceptioe ultima praesentis materiae est propior & propinquior, in qua describi potest Procurator, quod sit persona, quae causas alienas in Judicio, mandatò & nomine Domini, administrat.

Dixi I. persona, quae causas alienas in Judicio, Per quae vocabula notatur convenientia Procuratoris & Advocati: cum & ille & iste litem alienam foveant, suscipiantque in Judicio.

Dixi II. mandatò; vulgò *Gewalt* / *Dollmacht* / id est, commissione ipsius principaliter litigantis, expressè vel tacitè, verbis aut literis, praesente vel absente Judice, data, cap. in nostra 4. §. nos verò &c. Clem. instrumento 1. l. licet 24. Cod. de Procurat. l. qui patitur 18. ff. Mand. Stryck. in usu mod. pand. ad tit. de Procurat. §. 28. & §. 35. ubi advertit, expressio nem anni & diei in mandato procuratorio non quidem à jure requisitam, non tamen omittendam esse: eò quod omnium Judiciorum stylus hanc expressiohem desideret.

Atque hinc differt Procurator primò à negotiorum Gestore, qui sine mandato Domini negotia gerit aliena; secundò à Tutore. Curatore, Administratore, Praelato &c. quae negotia aliena absque mandato pupillorum, minorum &c. suscipiunt. Gonzalez ad cap. 1. cit. 1. de Proc. n. 8.

Dixi III. nomine Domini administrat. Quae phras

phrafi Procurator ab Advocato distinguitur: hic enim non tam administrat causas judiciales, quam potius Jura suggerit administrantibus; nec tam litigat nomine Domini, quam litiganti assentientiam præbet: ille autem, non minus quam ipse principalis, causam in Judicio prosequitur, litisque contestatione Dominus litis efficitur. P. Engel ad cit. tit. n. 1.

261 Hæcque differentia est essentialis. Aliæ sunt accidentales, veluti quod Procuratoris officium reputetur vile; Advocatorum honorificum: quod Procurator communes & locales operas præbet; Advocatus liberales ingenii & doctrinæ operas navet: quod Pro-

curator contractu; Advocatus etiam sine contractu constituitur, ut notat Miller ad Struv. ad exercit. 7. th. 3.

Dicitur tamen, in Camera Imperii, Advocatorum & Procuratorum munera hodie commixta esse; eumque, qui Procuratorem agit, simul & Advocatum agere. Gail. 1. ob serv. 44. n. 8. P. Engel d. l. n. 2.

Dicitur 262 etiam, in Romana Curia Procuratoris officium excellens & nobile, & extraneorum Advocatorum muneri præferendum. Card. de Luca in Relat. Cur. disp. 46. n. 98. Vincent. Peura tom. 4. ad cons. 2. Bened. XII. num. 7. & 99.

§. II.

Quotuplex sit Procurator?

264 **P**rocurator est multiplex. I. enim Procurator distinguitur in Verum, & Præsumptum. Verus est, qui verum & specificum mandatum obtinet. Et tale regulariter in Procuratore requiritur. Lauterb. d. l. §. 70.

265 **P**ræsumptus est, qui mandatum solummodo præsumptum habet. uti habent parentes, si agant pro liberis; liberi, si agant pro parentibus; fratres, pro se invicem litigantes; uxor in causa mariti, & maritus in causa uxoris; uti & illi, qui instrumenta habent, ad casum pertinetia: hi proinde nullum exhibere mandatum, sed, præstita cautione de rato, admitti debent l. sed & hæc in pr. ff. l. exigendi 12. l. maritus 21. Cod. d. 1. P. Engel ad cit. tit. n. 11. & 12. Gonzal. d. l. n. 11. Stryck. eod. tit. §. 44. & seqq.

266 **I**l. Procurator alius est in rem alienam; alius in rem propriam. Procurator in rem alienam est, qui alienam rem, in commodum alterius procurandam, suscipit. Procurator in rem propriam est, qui gerit aliena negotia in utilitatem propriam, veluti si quis alienum debitum emerit, idque venditoris nomine in Judicio petierit: talis enim Procurator est, quia alieno nomine litigat; & Procurator in rem suam, quia emolumentum litis ad ipsum pertinet.

268 **P**otest autem Procurator in rem suam intervenire vel ex parte actoris, vel ex parte rei. Ex parte rei intervenit, quando is Procurator constituitur, adversus quem habet regressum, ut is litem periculo suo prosequatur; veluti si emptor in causa evictionis venditorem; aut fidejussor in causa fidejussionis debitorem principalem in Procuratorem summ assumat l. licet 42. §. 3. ff. d. 1. l. ult. §. 2. ff. de Condict. in deb. l. si cum 66. §. 2. ff. de Evict. Lauterbach in disp. Jurid. de Procurat. in rem suam th. 5.

269 **E**x parte actoris intercedit Procurator in rem suam, quando alicui ex titulo, ad transferendum dominium habili, actio quædam, v.g. realis, v.g. rei vindicatio; seu personalis, v.g. actio mutui, cessa est. Ea siquidem est inchoata actionum, ut à persona ipsius actoris secundum se avelli nequeant, non tantum si

personales sint, de quibus vulgo asseritur, quod obitus personæ creditoris sint inhære, & personam sequantur, sicuti corpus umbræ; sed etiam si reales sint, utpote quæ jus in re præsupponunt arg. l. in rem 23. ff. de R. V. cum tamen nulla cessio, ac præcisâ traditione rei, jus reale nequeat in cessionarium transferri l. transmissio 20. Cod. de Pact. l. ex nominis 8. Cod. de Heredit. vel act. vend. Ad eod. 270 que, ut actionem ex titulo, ad transferendum dominium habili, emptam v.g. emptor movere possit, mandato venditoris est opus, ut scilicet ejusdem venditoris nomine actionem emptor moveat, sicque Procuratorem agat; non quidem in rem & utilitatem venditoris, sed in rem & utilitatem propriam l. qui stipendia 9. Cod. h. tit. l. si delegatio 3. Cod. de Novat. l. ult. Cod. Quando Fidejus vel Procurat. Lauterbach cit. disp. th. 28.

Equidem, qui nomen vel actionem emittit, absque cessione vel mandato utiliter agere potest l. si cum 16. in pr. ff. de Pact. l. data certa 1. & seq. Cod. de O. & A. Sed ita utiliter agendõ emptor non alieno sed proprio nomine agit; nec Procuratorem sustinet, sed Dominum ex speciali Legis beneficio repræsentat. Si tamen actionem directam, quæ scilicet ex dominio vel obligatione oritur, intentare velit, mandatum præcedat, ac procuratoriõ nomine experiat, necesse est d. l. ex nominis 8. Cod. de Hered. vel act. vend. d. l. ult. Cod. Quando Fidejus vel priv. Lauterb. d. l. th. 29. Gletle 1. part. pand. §. 29. n. 1. in fin.

271 **Q**uo in casu id consequitur, quod eadem habeat in agendo privilegia, quæ haberet principalis seu mandans; ac, si lite restitutionem integram mereatur, etiam ille restitui debeat. Videatur Brunn. ad cit. l. ult. num. 24 & seq.

272 **I**l. Procurator discriminatur in Principalem & Substitutum. Principalis est, qui ab ipso Domino immediate deputatur. Substitutum, qui à Procuratore constituitur, dictus alias nachgehetter Anwald / nachoder Asser & Anwald. Lauterbach in disquisit. de Procurat. substituit. cap. 1. §. 3. Habetque hic substitutus eandem potestatem, quam Principalis,

lis, nisi in substitutione certi limites & fines præscripti fuerint cap. 2. qui 3. de Procurat. in 6. l. si Procuratorem 8. §. 3. ff. Mand. Lauterbach d. disquisit. cap. 5. per tot.

276 **I**l. dicitur Procurator in Generalem & Specialem. Specialis est, cui certa ac specifica negotia fuerint commissa. Generalis vel est simpliciter talis; vel cum libera. Generalis simpliciter talis est, qui generatim ad omnes lites & causas est demandatus. Generalis cum libera est, cui non tantum causæ & lites omnes sunt conceditæ, sed etiam libera facultas est concessa, eâ agendi, quæ ipse Dominus faceret, ac ceteroquin mandatum speciale desiderant.

277 **H**anc distinctionem Procuratoris Generalis cum - & sine libera, ceu Juri Civili incognitam, culpant Vinnius select. qq. lib. 1. cap. 9. Franzkius ad tit. ff. Mand. n. 63. Lauterbach ad cit. ff. de Procurat. §. 9. Eckold ibidem §. 5. Miller ad Struv. cit. exercit. 7. th. 25. causati eandem Procuratoris Generalis cum - & sine libera potestatem esse: quippe cum quilibet Procurator Generalis possit pacisci l. nam & 12. ff. de Pact. Juramentum deferre l. iusjurandum 17. §. ult. ff. de Fidejuss. pignus constituetur l. solantum 11. §. fin. & l. vel uniusversum 12. ff. de Pignorat. Act. novare l. novare 20. §. 1. ff. de Novat.olvere l. quodlibet 87. ff. de Solus.

279 **S**ed extra culpam præmissam distinctionem

veritari, non tantum Jus Canonicum perspicue declarat in cap. qui ad agendum 4. in fine de Procurat. in 6. sed etiam, sicut ipse Lauterbach d. l. §. 10. & confirmante Stryckiõ in usu mod. pand. ad tit. de Procurat. §. 34. communis praxis; quin & ipsum Jus Civile: hoc siquidem Procuratori Generali cum libera permittit venditionem & traditionem in §. quâ ratione 42. Inst. d. R. D. l. qua ratione 9. §. 4. ff. de A. R. D. exactionem & solutionem debitorum l. Procurator 58. & l. sed & id 59. ff. de Procurat. permutacionem d. l. Procurator 58. cum tamen Procurator Generalis simplex nihil horum facere, sed fructus tantum & res, servandõ non servabiles, alienare possit l. Procurator tutorum 63. ff. d. 1. Covarruv. lib. 1. Var. resol. cap. 6. num. 3. §. 5. & c. Brunnum. ad cit. l. Procurator. 58. n. 1. Struv. d. exercit. 7. th. 25. Gletle cit. p. 1. pand. §. 27. per tot. Schwend. ad Eck. d. l. Clariff. D. Collega Franz ad lib. 3. Inst. tit. mandati n. 5.

283 **T**extus, in contrarium adducti, tamen si generaliter de Procuratore Generali loquantur, tacitam nihilominus limitationem ad Procuratorem Generalem cum libera recipiunt ex textibus in n. 280. & seq. recitatis: alioquin non tantum Jus Civile cum Canonico committitur contra cap. 1. & 2. de N. O. N. sed & Jus Civile sibi ipse opponitur contra l. nava 2. §. 15. & l. ult. §. 15. Cod. de V. l. E.

§. III.

Quis Procuratorem constituere possit?

283 **E**dictum de Procuratoribus prohibitorium esse, atque idcirco facultatem; Procuratorem deputandi, omnibus competere, qui non prohibentur, quos inter captivi ab hostibus humerantur l. ab hostibus 15. in pr. ff. Ex quib. caus. major. (Intellige captivos Romanorum; qui pro servis habebantur; non autem captivos Christianorum, etiam apud Turcas, quos Christiani liberos credunt Stryck. d. l. §. 16.) constat ex l. mutui 43. §. 1. ff. de Procurat.

284 **S**ed quia hæc regula, negativè concepta, nimis est generalis, aliam & positivam statuo: quod videlicet Procuratorem (subaudi Judiciale, cum quo solo nobis est negotium) constituere possit, qui est Dominus litis, & per se litigare potest. Hinc

285 **C**olligitur I. tutoribus, curatoribus, syndicis, fas non esse, ante litem contestatam, Procuratorem, sed nudum actorem, constituere; bene vero post litem contestatam: l. neque tutores 11. Cod. d. t. l. un. Cod. de Actore & 286 **R**atio est: quia hujus generis persone, etsi per se litigare possint, litis tamen Domini non sunt.

287 **C**olligitur II. pupillos, minorenes, filiosfamilias, posse quidem absque interventu tutoris, curatoris, & patris procuratorem ordinare, in illis casibus, in quibus per se litigare valent per l. filiosfamilias 8. in pr. ff. de Procurat. & l. ult. Qui legit. pers. in casibus tamen, in quibus per se litigare prohibentur;

non posse d. l. filiosfamilias in pr. d. l. neque 11. & l. non eo minus 14. Cod. de Procurat. Rationem quæ ex dictis.

288 **C**olligitur III. ipsi Procuratori antelitis contestationem non licere, alium substituere, licere autem postea cap. non indifferet 1. §. licet d. 1. in 6. l. nulla dubitatio 23. Cod. eod. Nam & Procurator Dominus litis evadit, non ante, sed post litis contestationem d. text. & l. Procuratoribus 22. Cod. d. 1.

289 **C**olligitur IV. excommunicatos habere licentiam constituendi Procuratorem, ad defendendum duntaxat; ad agendum non etiam per cap. ult. d. 1. Licet enim Domini sint, in Judicio tamen non tanquam actores sed ut defensores tantum consistere queant. Nec quicquam in contrarium loquente textu 290 in cap. ult. de Procurat. ubi procurator à communitate, ejus majores & jurati per quos eadem communis regebatur, erant excommunicati, deputatus, non dicitur esse repellendus ab impetrando. Nam explicatio & exceptio datur in textu: nisi scilicet excommunicati essent in literis procuratoris expressi; vel aliis eorum auctoritate procuratoris institutio facta fuisset; aut sciens, eos esse tales, ipsâ communitate una cum eis constitisset eundem.

291 **E**xipiuntur à superiore regula Prælati Ecclesiastici, qui, esto Domini non sint bonorum & jurium suarum Ecclesiarum, at tamen, ob eminentiorem administrandi potestatem, etiam ante litis contestationem Procuratores recte

rectè constituunt per *cap. cum causam 6. de Juram. calunnia.*

292 Exquires : an, si quis propter impedimentum aliquod ipsemet non possit agere, teneatur constituere Procuratorem ?

Resp. cum distinctione inter impedimentum perpetuum & temporale. Qui perpetuo impeditus est, tenetur agere per Procuratorem, ne alius ex alieno impedimento detrimentum subeat ; non item, qui ad certum solummodo tempus impeditur, intra quod adversarius habere patientiam obstringitur

cap. querelam 2. de Procurat. Panormitanus ibid. cit. tit. m. 18. §. 19.

Nec turbat *cap. cum dilecti 6. de Dolo*, in quo 293 electus ad Praelaturam pro contumace habetur, quòd, infirmitate temporali correptus, non comparuerit per Procuratorem. Nam, ut patet ex contextu, infirmitas illa potius fictitia erat ; & si vera etiam fuisset, ob causam electionis, quam accelerari expedit, non potuisset sufficere ad omittendum Procuratorem. Gonzalez ad *cit. cap. 2. n. 10.*

§. IV.

Quis Procurator esse possit ?

294 Procurator esse potest, qui personam suam nomine standi in Judicio habet.

295 Excipiuntur I. milites in *l. militem 7. & l. ita demum 13. Cod. de Procurat.* ne à signis militariibus abstrahantur.

296 II. Decuriones & Curiales *l. Curialis 30. Cod. de Locato Cond.* quia indecens censetur, ut *inimicos sui dignitatis infamissimam suscipiant vitia rem*, ut loquitur Imperator in *l. si quis 34. Cod. de Decurion.* Vult dicere : quia turpe est, privatorum procuraciones suscipere, quibus procuratio Reipublicae commissa : sine dubio enim privati quæstus aucupio publicas functiones tractant legènius, ut explicat Stryck. in *mod. usu pand. cit. l. §. 18.*

297 III. potentiores, ne scilicet mole majoris potentie adversarium opprimant *l. 1. Cod. Ne liceat potentior patrocin. litigantib. prestare &c.* Aded ut, qui potentiorum constituit Procuratorem, actionem amittat ; potentior autem arbitrariè puniatur *l. divinè 1. & 2. Cod. d. 1.* Quis verò potentior sit, arbitrio Judicis relinquendum censet Lauterbach *cit. l. §. 46. in fin. arg. l. si servus 1. §. 2. ff. de Jure delib.*

298 IV. Itemine, que, nisi procuratrices sint in rem propriam juxta *l. quia absente 4. Cod. de Procurat.* vel nemo adit, qui pro parentibus agat, juxta *l. faminas 41. ff. eod.* vel libertatis defensionem pro marito, fratre, aliòve cognato suscipere velint juxta *l. amplius 3. §. 2. ff. de Liberali causa &c.* nequeunt munus procuratorium, quod virile censetur & civile *l. famina 2. ff. de R. l. obire l. alienam 18. Cod. de Procurat.*

299 Dubitatur autem I. possintne infames Procuratores existere ?

Resp. de Jure Canonico, quod praxis moderna sequitur, testantibus sic Lauterbach *cit. l. §. 46.* & Stryck. ubi supra §. 19. infames à munere Procuratoris certò excludi per *cap. infames 1. & cap. infames 2. III. q. 7. de Jure Civili* verò plurimos cum eodem Lauterbach contrarium asserere propter *§. ult. Inst. de Except.* qui tamen optimè congruentia cum *cit. Stryckio* de infamia dubia explicari potest ob verba : *ne, dum de his altercat, ipsius negotiè disceptatio proleter* ; sicque cum Magnif. P. König ad *cit. de Procurat. n. 21.* Jus Civile cum Canonico concordari.

Dubitatur II. possintne minores Procura- 301 tores esse ; non quidem de Jure Canonico : quippe quod minorenes directè repellit *in cap. qui generaliter 5. §. ult. de Procurat.* in 6. led de Jure Civili, quò minorennibus officium Procuratoris non esse prohibuit, tradunt Zoëlius ad *ff. eod. tit. n. 11.* Struv cum Mille- 302 ro *ibid. d. exercit. 7. tit. 30.* Lauterbach *eod. tit. §. 41.* P. Wicler *ibid. sub n. 23.* Contra quos tamen

Resp. minoribus ne quidem Jure Civili li- 302 cere, Procuratorem agere in Judicio. Ita Welenbec. ad *cit. tit. ff. n. 4.* Vantius de *Nul- lit. sent. tit. 9. n. 133.* Stryck. in *summod. pand. d. t. §. 22.* D. Gletie *l. part. pand. q. 28.* Probat

reus 2. & *Inst. Cod. Qui legit. perf. ubi minorenes æquè ac pupilli dicuntur, legitimam personam in Judicio standi non habere : quæ textum de minorennibus, non tantum pro se, sed etiam pro aliis nomine procuratoriò agentibus, explicandum esse, inde deducitur, quòd Procurator litis contestatione litis evadat Dominus ex n. 288.* II. *ex exigendi 12. §. 303*

Cod. de Procurat. ubi asseritur, filium familias, quòd necdum legitimam ætatem compleverit, depelli à procuratoris officio non injustè potuisse, nisi defensionem patris absens suscepisset.

III. *ex l. minor 51. in pr. ff. de 304 Procurat.* ubi minor prohibetur esse defensor, ex earatione : quia periculum est, ne, dum restituitur in integrum, Judicium reddatur elusorium. Ex quo inferitur, eum nec Procuratorem existere posse : quia periculum est, ne & hic minor, si principalis solvendò non sit, in integrum restituatur, & Judicium elusorium evadat.

Nec dicere possis, minorem Procuratorem 305 non restitui : cum, si quid presterit, aut expenderit, à mandante possit consequi *l. cum mandatu 23. ff. de Minor.* Id enim verum est, quando minor indemnitate suam à mandante potest consequi. Quòd si iste labatur suis facultatibus, nec minori damnum, quod passus est, refarcire valeat, minor restituitur *d. l. cum mandatu 23.* Et ided, quotiescunque minor Procuratorem agit, periculum est, ne Judicium suò sine frustretur & effectum.

Oppones I. textum in *§. justa auem 5. Inst. 306*

Quibus

Quibus ex *caus. manumitt. non lic.* ubi minori 20. annis permittitur facultas, manumittendi servum decem & septem annis non minorem, *Procuratoris habendi gratià.*

307 Resp. textum intelligendum esse vel de minore Procuratore ad negotia extrajudicialia ; vel, si putes, textum generaliore esse, minorem favore liberatis faciliùs consequendè ad procuratorum judicalem admitti posse.

308 Nec dicere audeas contra priorem responsionem cum Schambogen ad *cit. §. justa auem &c.* servum, independentè à manumissione, ad negotia extrajudicialia agenda admitti *l. servum 31. in pr. & §. 1. ff. de Procurat.* & consequenter in casu manumissionis ad negotia Judicialia admitti debere, etsi minorennis sit.

309 Contra enim est : quia ex citato textu non probatur sufficienter, servum ad extrajudicialia negotia Procuratorem deputari posse ; sed hoc duntaxat *in pr.* asseritur, *negotia pecuniaria servi aliquem alium gerere posse* ; & in *§. 1.* concluditur, eum, *quid de statu litigat* (de cujus servitute certò non constat) *procuratorem dari 310*

posse. Ratio est : quia munus Procuratoris est civile *arg. l. famina 2. ff. de R. F.* cujusmodi munerum servos incapaces esse, eruitur *ex l. quod actine 32. ff. eod.*

311 Oppones II. minor potest esse Advocatus, dummodò major sit 17. annis *l. hunc ritulum 1. §. 3. ff. de Postulando.* Ergo & Procurator in Judicio : quia, cum possit plus, potest etiam minus, ut arguit Miller *loc. cit.*

312 Resp. negandò consequentiam & paritatem. Disparitas est : partim quia Procurator & litigat, & litis Dominus efficitur ; Advocatus autem non tam litigat, quàm litigantem patrocinium confert : partim quia periculum eludendi Judicij ob futuram restitutionem minoris, quando Procuratorem agit, aut non est, aut non tantum, quando sustinet Advocatum : tamen enim causam perdidit, & salarium suum consequi à cliente nequiverit, nullam tamen restitutionem adversus clientem vel adversarium habet.

313 Planè in locis, ubi non nisi Licentiati vel Doctores Juris ad procuraturam admittuntur, uti de Camera Imperiali constat, non aded numerum annorum attendendum esse, putat Stryck. *cit. loc. §. 24.* cum cesset ratio, minorennem repellens, ne scilicet, petendò

314 restitutionem, invertat Judicium : Doctor namque & Licentiatus Juris, ut ut minorennis, si circa processum quid neglexerit, in integrum restitui nequit : cum hoc ad peritiam artis pertineat, quam dum publicè profiteretur, lapsus non sine suo dedecore, restitutionem non merebitur.

315 Dubitatur III. possintne constitui simul plures Procuratores ?

Resp. I. de Jure Canonico affirmativam esse decimam in *cap. si duo 6. in pr. de Procurat.* in 6. ubi distinguitur, an duo Procuratores in solidum sint constituti ; an verò cumulativè & conjunctim : & hoc posteriore casu de P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

cernitur, unum sine altero procedere non posse ; priore casu statuitur, unum sine altero procedere posse, ita tamen, ut is, qui per *litis contestationem negotium occupavit*, sit melioris conditionis, & alteri præferatur.

Resp. II. de Jure Civili eandem affirmari ; 16 nam non obscurè receptam videri. Sic enim, dum Jucus in *l. si quis 31. §. ult. ff. d. 1. ait, eum, qui dedit diversis temporibus Procuratores duos, posteriorem dandò, priorem prohibuisse videri* ; supponit, ab eodem duos Procuratores dari posse : alioquin iste casus in vanum ibidem positus & relolutus esset. Sic etiam in *l. plus 317*

ribus 32. ff. eod. conformiter decisioni Canonice statuitur, quòd, pluribus Procuratoribus in solidum simul datis, occupantis melior sit conditio.

Nec textum hunc cum Stryckio *d. l. §. 25. §. 18* coarctare licet ad casum *l. procedentis* : quò ejusdem litis plures sunt coniores. Nam, ut nihil memorem, ampliora verba textus similem coarctationem non admittit ; casus *l. procedentis in §. ult. cit.* non ponitur de colligantibus, sed uno litigante in *§. cum, qui dedit &c.* Ergo & sequens *l. pluribus 12.* casum continet, quòd uno litigat, & duos simul Procuratores ordinar.

Lauterbach, qui *cit. loc. §. 47.* à nobis dissentit, objicit *l. d. l. si quis 31. §. 1. ubi*, dum pluribus ejusdem litis consortibus conceitur, quòd plures Procuratores possint delegare ; à contrario inferit, uni litiganti id esse prohibuit.

II. *l. decreto 24. §. 1. ff. de 320 Administrat. & peric. tut.* ubi dicitur : *duo simul agere non possunt.*

III. rationem : quia 21 & major molestia in vocando ; & longior mora in protelando Judicio ; & numerosior experiarum copia timenda est.

Verùm èsp. ad Argumentum, à sensu con- 322 trario formatum, non procedere in præsentia, non tantum quia extat Lex expressa ex opposito ; sed etiam, quia forsitan major erat dubitandi ratio, utrum, si ejusdem litis plures sint affectæ, quilibet pro se Procuratorem deputare possit : cum omnes tangere res videatur.

Ad II. Resp. in *cit. l. decreto §. 1. sup- 323* poni, eidem pupillo plures tutores constitui posse in solidum : quòd autem uni solum agere permittatur, id in favorem pupilli ordinatum, arbitror, ne dependium ex protelatione litis vel majori sumptuum quantitate subeat.

Ad III. Resp. instantibus allegatis ra- 324 tionibus, potuisse quidem à Jure constitutionem Procuratorum plurium veteri, sed non debuisse : nam & commodum sæpenumero est, pluribus litem committere, seu quia oculi plus vident, quàm oculus ; seu quia unius industria alterius desiderium acuit ; seu quia majus repagulum in fidelitati obducitur. Quæ 325 rationes sine dubio fecerunt, ut praxis in plebrique locis pluralitatem Procuratorum approbaverit, prout cum Lauterbach *d. l. §. 48.* scribit Brunneum, ad *d. l. pluribus 32. num. 3.* Quid in Camera Imperiali moris sit, explanant Blum. in *proc. Cam. cit. 10. §. 7.* & Stryck. *cit. loc. §. 27.*

E

Dubi.

326 Dubitatur IV. utrum Clerici & Religiosi possint in iudicio stare, tanquam Procuratores?

Resp. Clericos & Religiosos simili ferè ratione posse agere vel non agere Procuratores, quò ratione possunt agere vel non agere advocatos, de quibus revidetur n. 190. cum seqq. Legatur una textus in cap. multa sunt 1. cap. Sacerdotibus 2. cap. sed nec 4. Ne Clerici vel Monachi etc.

327 Dubitatur V. possint aliqui compelli ad officium Procuratoris suscipiendum? Resp. negativè. Textus in cap. licet 7. de

Procurat. in 6. & ibi Glossa l. inuisus 17. Cod. eod. Ratio est: quia munus procuratoris non publicum, sed privatum est; neque auctoritate publica, sed privata conventionione defertur. Sicut ergo nemo tenetur contrahere arg. l. si quis 5. Cod. de O. & A. ita nec Procuratorem seu mandatarium agere §. mandatum 11; Institut. de Mand. Stryck. cit. l. §. 21. Ubi verò officium Procuratorum est publicum, sicut in Camera Imperii, non tantum volentes, sed & invitati Procuratores esse coguntur, uti post Gaillium l. obf. 43. n. 7. notat idem Stryck. ibid.

§. V.

In quibus causis Procurator possit constitui?

330 Obiectum Procuratorum sunt cause, quas administrandas suscipiunt. Ubi generaliter tenendum est, in omnibus causis, que in arbitrio actoris sunt, posse constitui Procuratorem; in illis verò, que in arbitrio & potestate actoris non sunt, Procuratorem constitui non posse. Stryck. cit. l. §. 2. Ratio repetenda est ex num. 284. & seqq. ubi pro regula traditum reliquimus, eum, qui litis Dominus est, Procuratoris constituendi facultatem habere. Quò supposito & præmissò,

331 Controvertitur I. utrum in causis criminalibus Procurator deputari possit? Quidam distinguunt inter causas criminales, majores & minores; alii inter famosas & non-famosas; plerique inter causas criminales, civiliter & criminaliter intentatas. Ego distinctas asserptiones pono, &

Dico I. in causis criminalibus, civiliter intentatis, admittitur indistinctè Procurator.

332 Stryck. d. l. §. 3. Ratio est: quia actio de crimine, civiliter intentata, etiam ad duplum vel quadruplum ascendat, est in patrimonio & dominio actoris. Ergo Procuratorem admittit. Facit textus in l. ult. ff. de Privas. delicti. & l. licet 42. in pr. ff. de Procurat.

334 Dico II. In causis criminalibus, criminaliter, seu ad vindictam publicam, intentatis, non admittitur Procurator ex parte rei. Textus in cap. si quando 40. Il. q. 6. cap. veniens 15. de Accusat. l. accusatore 13. §. 1. ff. de Publ. Judic. l. quari solet 1. ff. An per alium causa appellat.

333 Rationem reddi poss. Ratio est: tum quia, si ad poenam capitale vel corporis afflictivam agatur, nemo corpus suum, poenæ succedaneum, offerre potest, eò quòd dominio membrorum & vitæ careat: tum quia reus, ab alio defensus, plerumque fugeret, si mala conscientia ipsum de crimine argueret; sicque Judicium redderet elusorium, executione in Procuratorem, qui non deliquit, fieri prohibita: tum quia personalis rei presentia Judicem oppido juvat, ad majorem delicti certitudinem, ex colore, voce, titubatione, inconstantia &c. deprehendam l. de minore 10. ff. de Quest.

336 Excipiunt post Clarum, Beroium, & Welenbecium, Brunnem. de proc. inquis. cap. 8.

membr. 6. n. 6. P. Pirhing d. t. n. 31. Reiffenstuel ib. n. 65. I. delicta, in quibus ad relegationem, vel poenam, relegationem minorem, agitur: tunc enim Procuratorem admitti, deducunt ex cap. in nostra 4. de Procurat. cap. veritatis 8. de Dolo d. l. quari solet 1. ff. An per alium causa appellat. & addunt rationem: quia cessat ratio prohibiti Procuratoris, nec Judicium relegationis potest elusorium reddi, quando reus jam sibi met exitium indixit.

Video tamen, hanc exceptionem repelli à Panormit. in d. cap. veniens 15. de Accusat. n. 18. Hauhold. d. ir. n. 413. Eckold. ad cit. tit. §. 9. Struv. cit. exercit. 7. ib. 33. Lauterbach cit. l. §. 51. Stryck. d. l. §. 9. Umnio de processu d. l. §. 2. th. 5. n. 29. Fachineo ib. i. controvers. cap. 26. propter cit. quari solet 1. ff. An per alium causa appellat. ibi: si ea causa sit, ex qua se quis solet poena usque ad relegationem, non oportet per alium causas agi etc. Cui consonat

338 l. ult. Cod. de Injur. ubi in favorem personarum illustrium specialiter est constitutum, quòd in causa injuriarum, criminaliter contra se intentata, quando scilicet ad relegationem agitur juxta l. ult. ff. eod. per Procuratorem respondere possint: optimò argumentò, personis aliis in crimine, cui relegatio est prefixa, Procuratoris constitutionem non esse licitam.

Nec quicquam faciunt pro coloranda exceptione textus in cit. cap. in nostra de Procurat. & cap. veritatis de Dolo: neque enim ipsimet Adversarii hos, de Procuratore in causis criminalibus loquentes, aliter explicare possunt, quam de casu, quò agitur ad privationem & depositionem ab officio; aut absentia solum per Procuratorem exculatur. Nec ratio prohibiti Procuratoris cessat adquatè: licet enim elusionis periculum non subsistat, tamen ratio facilioris probationis, ex presentia, vultu, habitu, responsione rei &c. elicienda. Quin & relegatio cum minori auctoritate statuitur contra illum, qui absesse jam coeperit.

Excipiunt II. & melius, dissentiente licet Angelo & Menochio de arbitrar. Jud. quest. 80. n. 5. Fachineo d. l. 1. cap. 5. Umnius cit. disp. n. 29. Lauterbach, Struv. Stryck cit. loc.

loc. & à fortiori DD. paulò ante contrarii illa crimina, in quibus agitur ad poenam pecuniariam, sisco inferendam. Quam exceptionem firmiter textus in saepe cit. l. quari solet etc. l. tunc convenit 15. Cod. de Accusat. ibi: licet in pecuniariis causis per Procuratores licent sustineant etc. l. quates 3. in pr. Cod. Ubi Senar. vel Clar. ibi: crimen publicum privatumve, cui tamen non per Procuratorem respondere licet; quibus verbis innuitur, esse nonnulla crimina publica, in quibus per Procuratorem respondere licet, illa scilicet, in quibus ad interesse pecuniarium accusatio movetur.

Et ratio est: quia tunc planè deficit ratio vetiti Procuratoris, dum nec metus eludendi Judicii, nec defectus probationis facilioris concurrunt: eò quòd vir constans non aded titubare vel contemere solet, ubi de amissione solius pecuniæ agitur.

Excipiunt III. DD. casum, quò reus est absens: tunc enim videndum, utrum accusetur de tali crimine, de quo & absens condemnari potest, qualereputatur, cujus poena relegationem non excedit l. absentem 5. in pr. ff. de Poen. evitatio fore castratio l. Lege Cornelia 4. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Sicar. hæresis cap. cum contumacia 7. de Hæresis, in 6. an verò de tali crimine insimuletur, de quo absens condemnari non potest, uti sunt pleraque crimina, relegatione majora Primò casu Procurator admittitur, ad innocentiam absentis defendendam l. servum 31. §. 2. ff. de Procurat. l. vici 3. Cod. de Accusat. Recta ratio liquida est d. art. 12. Carpov. præf. crimin. p. 3. quòd seipsum feret, si absentem de crimine, de quo damnari potest, defendere non liceat.

344 Secundò casu Procurator admittitur, non quidem ad innocentiam defendendam, sed absentiam excusandam, si fortè bona absentis interea vel annotanda, vel confiscanda forent l. absentem 7. ff. de Procurat. l. accusatore 13. §. 1. ff. de Publ. Judic. Umnius cit. disp. 3. th. 5. n. 30. Struv. cit. ib. 33. Stryck. cit. l. §. 8. Schwendendorffer & Eckold cit. §. 9.

347 Excipiuntur IV. cause famose, in quibus Procuratorem intervenire posse, non tantum si infamia per consequentiam inuratur, veluti est causa depositi, mandati, tutelæ, pro socio, juxta saepe cit. l. quari solet 1. ff. An causa appellat. per al. sed etiam si per se & principaliter irrogetur l. surti 6. §. 2. ff. de His, qui not. inf. l. non solum 39. §. ult. l. licet 42. §. 1. ff. de Procurat.

348 l. non solum 11. §. 2. ff. de Injur. Et ratio est: quia in similibus causis sententia non potest elusoria reddi: si enim infamia principaliter in poenam criminis irrogetur, notum est ex l. absentem 5. in pr. ff. de Poen. eam in absentem quoque interminari posse: si verò in consequentiam inuratur, non potest equidem in absentem statui cit. l. surti 6. §. 2. ff. de His, qui notant. inf. nihilominus eò levius est periculum, ne Judicium elusorium fiat, quò minus solent fugere, qui infamiam per consequentiam solum formidant.

Dico III. In causis criminalibus, criminaliter intentatis, ne quidem ex parte actoris Procurator regulariter de Jure Communi potest intercedere Textus in cit. cap. si quando 40. Il. q. 6. cap. 104 5. de Procurat. cap. veniens 15. de Accusat. l. quari solet 1. ff. An per alium causa appellat. l. accusatore 13. §. 1. ff. de Publ. Judic.

Ratio est: quia accusator in casum succum; obtentia, quò crimen probare non potuerit, de Jure tenetur se inscribere ad poenam talionis, hoc est, obligare ad eandem poenam subeundam, quam subire debuisset reus, si crimen plene fuisset probatum cap. super 16. de Accusat. l. tunc convenit 11. Cod. eod. Hanc autem poenam effugere possit actor per facile, si accusationem ministerò Procuratoris intentare, fugam scilicet meditando. Accedit, quòd frustra Procuratorem videatur dare accusator in causa criminali, cujus non magis arbitrium aut jus habet, quam ipse Procurator.

Dixi I. regulariter. Nam eadem exceptio, nes, que à num. 336. de Procuratore ex parte rei partim relatæ, partim approbatæ sunt, de Procuratore ex parte actoris cum proportionate sunt referendæ, & approbandæ.

Dixi II. de Jure Communi. Nam Jure ho- diernò, in Ordinatione Carolina art. 12. ibi: solle der Ankläger oder Gwalthaber / non parum fundatò, indistinctè Procurator ex parte actoris admittitur; idque idèò: quia & ipsa inscriptio, ratione cuius Procurator ex parte actoris principaliter fuit exclusus, hodie sublata est d. art. 12. Carpov. præf. crimin. p. 3. quòd seipsum feret, si absentem de crimine, de quo damnari potest, defendere non liceat.

349 Controvertitur II. an actiones populares Procuratorem admittant? Resp. & Dico: actiones populares non admittunt Procuratorem ex parte actoris; admittunt autem ex parte rei. Prior pars habetur in l. licet 42. in pr. ff. de Procurat. Cujus ratio est: quia actio popularis, hòcipsò, quòd cuilibet de populo competat, non existit in patrimonio actoris ante contestationem litis; nisi singulari interesse habeat, intuitu cuius præ ceteris ad agendum admittatur d. l. licet 42. in pr. & l. non cogendum 45. §. 1. ff. d. 1.

Posterior pars decisa reperitur in l. qui populi lavi 5. ff. de Popular. action. Et ratio est: quia ex parte rei nihil interest, siue unus siue plures agendi facultatem habeant. Gonzalez ad cap. max citand. n. 10. Lauterbach d. §. 50. Controvertitur III. an causa matrimonii per Procuratorem agitari valeat? Resp. & Dico I. si in causa matrimonii criminaliter ad poenam, Legibus decretam, agatur, nequit intervenire Procurator ex parte actoris; sin autem ad separationem solum agatur, potest intervenire. Textus in cap. 104 5. de 358 Procurat. & ratio ibidem redditur: quia, si de matrimonio agatur criminaliter, actor se debet subscribere; tecus, si ad solum separationem agatur. Prolixè Gonzalez ad cit. cap. in

comment. à n. 8. Pirhing ad eund. tit. n. 33. & seqq. Reiffenstuel *ibid.* n. 65.

359 Dico II. Circa reum eadem distinctio applicanda est. Textus in *cap. accedens 10. d. 1. cap. ex parte 14. de Restit. spoliat.* Ratio est: quia, ubi criminaliter accusatur reus de

matrimonio ob adulterium v. g. commissum, periculum frustrandi Iudicii subest. Ubi verò civiliter tantum convenitur, nil habet, quod metuat de periculo. Gonzalez *cit. loc. num. 8.* Stryck. *cit. loc. §. 15.*

§. VI.

Quamvis sit potestas & obligatio Procuratoris?

360 Potestas Procuratoris alia est generalis, alia specialis. Potestas generalis est, quòd litis contestatione fiat Dominus, non quidem ipsius rei controversiæ & litigiosæ, cujus dominium retinet principalis, ut eleganter explicat Franzkius ad *tit. ff. de Procurat. à n. 14.* sed controversiæ seu litis; adeò, ut Procuratorem alium substituere; licem, principalis defunctò, continuare; & in ipsum totus processus dirigi valeat *l. si Procurator 28. ff. l. nulla 23. Cod. de Procurat. l. non videtur 1. Cod. de Sens. & interloc.* Idque hodie observari, contra Bachovium in *Treutler. Vol. 1. disp. 9. th. 10. l. f. probat Stryck. alleg. loc. §. 38. & 2. seqq.* exceptò, quòd in Camera, juxta Gallium *1. obs. 111. n. 2.* sententia in causis non-famosis in ipsum principalem dirigatur.

362 Potestas specialis variat pro varietate & clausula mandati. Quandoque enim mandatum speciale est, quandoque generale simplex, quandoque cum libera. Si mandatum sit speciale, id, quòd in specie duntaxat est commissum, procurator expedire valet *arg. l. si Procurator 10. Cod. de Procurat.* Si mandatum sit generale simplex, ad ea, quæ speciale mandatum requiritur (de quibus Clariff. P. Schmalzgrueber ad *tit. de Procurator. n. 27.*) non extenditur, quamvis annexa fuerit clausula: *ut possit omnia, licet mandatum speciale exigantur per textum expressum in cap. qui ad agendum 4. d. 1. in 6. ubi Passerin. à n. 2.*

364 Si tamen in mandato unum vel plura negotia, mandatum speciale cæteròquin exigentia, fuissent expressa, & dicta clausula postmodum annexa, negotia alia, expressis similia vel minora conferentur commissis *d. cap. 4. ubi Passerin. à n. 16. Clem. non potest 2. eod. tit.*

365 Si denique mandatum generale sit cum libera, æquivaleret mandato speciali, datque facultatem agendi regulariter omnia, quæ dominus implet agere potest *cit. cap. qui ad agendum 4. in f. Rota Rom. in rec. p. 6. dec. 194. n. 7.*

367 Obligatio Procuratoris est I. quòd litem

summà solertia in finem usque deducere, omniaque damna, quæ dolò vel culpa sua, lata, levi, & levissimà, Domino suo causavit, refarcire teneatur per textum in *l. à Procuratore 13. & l. in re mandata 21. Cod. Mand. Brunem. ad eand. l. 13. num. 1. Urmium d. disp. th. 8. sub num. 50. Gletle 3. part. pand. cap. 15. num. 15. Clariff. D. Franz ad *lib. 3. Inst. tit. 27. n. 14.* Ratio est: quia, ex quo mandatum & munus procuratorium originem ex officio atque amicitia trahit, ut ait Iustus Paulus in *l. obligatio 1. §. ult. ff. cit. tit.* Procurator judicialis censetur eam spondere diligentiam, quam negotiorum judicialium natura desiderat, scilicet exactissimam.*

II. quòd Dominum suum in reconvencio-369 ne nonnunquam defendere debeat, si nempe Procurator in rem alienam sit, ac res non amplius integra *l. servum 33. §. 4. ff. l. actionem 5. Cod. de Procurat.* quia, qui factum in se recipit, omnia, quæ factò connexa sunt, ut est causa reconvencionis respectu causæ conventionis *l. qui non 22. ff. de Judic. se facturum spondere præsumitur arg. l. ad rem 6. & l. ad legatum 62. ff. de Procurat.* Quòd si Procurator in rem propriam sit, tenetur aliquando Dominum in petitione mutua defendere, aliquando non. Tenetur, si voluntariè & ultrò debitum ex causa lucrativa acceperit, aut dolum admiserit, aut causa fuerit planè connexa: non tenetur, si ex necessitate v. g. à debitore inope debitum in solutum acceperit, aut ex contractu onerosò, bonà fide initò *d. l. servum 33. §. ult. l. si quis 34. l. pater filio 70. ff. de Procurat. Eckold. ad eund. tit. §. 5. Schwendendorff. *ibid.* §. an Procurator &c. Gletle 1. part. pand. q. 29. n. 3. & seqq.*

Dices: in *l. invidius 17. Cod. d. t. generaliter* dicitur, Procuratorem defensionem absentis subire non compelli: cum fidem susceptam implere sufficiat. Ergo in causa reconvencionis Dominum defendere haud obstringitur.

Resp. *cit. l. non de defensione absentis* in reconvencione, à reo contra actorem mortuò, sed de nova conventionè, ab al'quo alio contra actorem institutò, exaudiendum esse: idque colligitur ex subjunctà ratione, cum fidem susceptam implevisse censetur, quando actionem contra reum una cum connexa reconvencionis causa ad finem usque deduxit; nec liti novæ & separatæ se se implicare obstringatur.

III. quòd, si victus fuerit in Iudicio, teneatur à sententia appellare, vel saltem, si causam ab appellando exequantem habeat, sententiam

tiam adversam Domino denuntiare *d. l. invidius 17. §. nec eandem ultra &c. cap. pen. eod. l. libero 31. §. 2. ff. de Negot. gest.* Ratio est: quia interpositio appellacionis est de connexis primæ instantiæ; sitque coram eodem Iudice: unde eam in se suscepisse Procurator creditur *arg. cit. l. ad rem 56. & l. ad legatum 62. ff. de Procurat. Gonzalez ad cit. cap. pen. n. 4. Urmium in proc. d. disp. 3. th. 7. n. 39. Gletle d. p. 1. quæst. 32. num. 1. Lauterbach. d. §. 60.*

371 Nec obmurmurat textus in *l. ult. ff. de integ. Restit.* ubi illi, qui absentes Reipublicæ causâ per Procuratorem defenduntur, ad hoc reititui debere dicuntur, ut appellare possint. Inde enim non sequitur, quòd Procurator haud obligetur appellare, sed quòd, si Procurator non appellaverit, nec absenti consultum sit, contra Procuratorem actione mandati experiri, possit in integrum, ad interponendam appellacionem, reititui.

376 An autem Procurator victus appellacionem interpositam teneatur prosequi? Alia & implicator est questio; in qua affirmativam tenent Haunold. *cit. tr. 2. n. 45.* Urmium *d. th. 7. n. 39.* Brunn. ad *l. invidius num. 11.* Eckold *cit. l. §. 13.* Schwendendorff in *not. *ibid.* Lauterbach *ibid.* §. 61. Stryck. *eod. tit. §. 4. 1.* negativam verò sustinent Gonzalez *cit. num. 4.* Perez in *Cod. cit. tit. num. 23.* Gail. *1. obs. 139. n. 11.* Zoëf. *cit. tit. num. ult.* Gletle *ibid. q. 32. n. 4.**

III. si defendant I. in *cit. l. invidius 17. Cod. de Procurat.* ubi de Procuratore absolute pronuntiat, quòd Procuracionem suam ultra, nisi provocacionis causa, extendere non cogatur: ergo ad provocacionem cogitur eandem extendere.

II. in *l. si Procurator 2. ff. An per alium causa appellat.* ubi de Procuratore asseritur, quòd responderet debet, postquam iam appellaverit. III. in *l. si Procuratorem 8. §. 8. ff. Mand.* in qua fideiussori, injustè damnato, imponitur necessitas appellandi, & appellacionem prosequenda foret à nostro. Ibi enim fideiussor condemnatus non alienam sed propriam causam in appellatorio tuctur; Procurator econtrâ non propriam sed alienam causam agit: hic proinde illud sibi usurpare potest *ex l. tutor 20. Cod. de Negot. gest.* sufficere, vel in paucis amico consultis.

IV. in ratione: quia Procurator, interpositâ appellacione, manet Dominus litis: eò quòd sententia suspendatur, ac quasi extinguatur *l. accusatorum 1. §. ult. ff. ad SCtum Turpill.* sicque litem, quam cepit, in appellacione petere tenetur.

381 Illi inmittitur I. textui indubitato in *cit. cap. pen. de Procurat.* ibi: licet appellacionem prosequi non teneatur invidius.

II. textui in *cit. l. invidius 17. Cod. eod.* cuius germanus & sincerus sensus est, quòd Procurator non teneatur ultra suum officium extendere, quàm provocacionis interponendæ causâ: suppo-

nunt quippe ibidem Imperatores, ultra provocacionis interpositionem restare aliquid, ad quòd Procurator non tenetur, scilicet illius prosecutionem. III. textui in *l. Dominus 9. Cod. de Appellat.* in qua definitur, Dominum litem ad se revocare non possit *l. post litem 17. in pr. ff. de Procurat.* IV. rationi: quia non est prudenter præsumendum, Procuratorem, qui se obligat ad primam instantiam, voluisse se ad secundam instantiam obligare: eò quòd novus tunc Iudex substituitur, nova Judiciorum praxis rimenda, & novus subinde ac incognitus locus adendus sit.

Inter oppositas has sententias negativam; (in eo sensu, quòd Procurator teneatur quidem appellacionem prosequi apud Iudicem à quo, Apostolòs petendò; non autem apud Iudicem ad quem) eò securiorem & veriorè credo, quòd certius in Jure Canonico, quòd Jus Civile sectari non designatur, fundata; & verius in praxi, ex testimonio ipsius partis adversæ, recepta; nec fundamentis contrariis enervata est. Nam primum ex *l. invidius 17.* potius firmat fundatque sententiam posteriorem, quam evertit.

Secundum ex *l. si Procurator 2.* commodè potest solvi, dicendò, quòd illa *l.* loquitur, vel de Procuratore, qui appellavit, non tantum interponendò, sed etiam prosequendò & introducendò appellacionem; vel de Procuratore generali, aut saltem ad causam primæ & ulterioris instantiæ specialiter constitutò.

Tertium ex *l. si Procuratorem 8. §. 8. vel 382* ideò nihil officit: quia *cit. l.* inprimis nihil disponit de prosecutione appellacionis. Deinde, si quid disponeret, casus planè discretus foret à nostro. Ibi enim fideiussor condemnatus non alienam sed propriam causam in appellatorio tuctur; Procurator econtrâ non propriam sed alienam causam agit: hic proinde illud sibi usurpare potest *ex l. tutor 20. Cod. de Negot. gest.* sufficere, vel in paucis amico consultis.

Quartum hæc responsione sternitur, quòd dominium litis penes Procuratorem non maneat diutius, quàm duret instantia: hæc itaque finita, finitur & dominium litis, si modò Procurator id abdicare voluerit per textum in *cit. l. Dominus 9. Cod. de Appellat.*

§. VII.

Quomodo factum Procuratoris prois vel obsit Domino?

389 Cum Procurator agat omnia nomine & mandato sui principalis, illi factò suò & prodest, & obest. Prodest principali. I. enim, quidquid Procurator occasione litis acquisivit, ad id reddendum non tantum ipse

à Domino conveniri potest actione mandati; sed & adversarius, vel actione ex stipulatu, si stipulatio præcesserit *l. damni 8. §. ult. ff. de Damno inf. l. in omnibus 5. ff. de Stipulat. prator.* vel actione iudicati, quando reus per sententiam

tiam est condemnatus *l. in causa 27. §. 1. l. si Procurator 28. ff. de Procurat. Struv. d. exercit. ib. 36.*

390 II. Quidquid Procurator deliquit, dolò, vel culpa, lata, levi, & levissima, ad id referendum à Domino actione mandati conveniri potest *l. si Procurator 10. Cod. d. l. cum per 9. Cod. Mand. Recapitulentur dicta in num. 367. & seq. Struv. d. ib. 36.*

391 Obest similiter Procurator suo principali, si post litem contestatam culpà suà vel negligentia quiddam circa litem & processum admiserit, vel omiserit, quod causam Domini deteriore reddat; puta, quòd terminos dilatorios præterlabi permiserit, exceptionem non opposuerit &c. per textum in *cit. l. si procurator 10. & cap. ult. de Confess. in 6.* Sin verò vel ante litem contestatam fuerit culpòse aut dolòse versatus; aut culpam personalem in quacunque Judici parte commiserit, quæ scilicet magis personam, quàm litem respicit, ut si vel Judici obloqui, vel partem adversam calumnias impetere præsumpserit, soli Procuratori nocet culpa *arg. l. un. §. 2. ff. Si quis jus dicenti non obtemper. ibi: si Procurator tuus, vel tutor, vel curator jus dicenti non obtemperaverit, ipse puniatur, non Dominus vel pupillus. Brun. ib. n. 6.*

393 Ratio est: quia Procurator quoad ipsam litem, lite contestata sit Dominus litis, potest tunc non minùs in favorem, quàm odium Domini disponere; quoad personam verò, & ante litem contestatam nequit aliquid facere, vel non facere, quod redundet in detrimentum Domini. Franzk. ad tit. ff. de Procurat. n. 18. Gledle *cit. p. 1. q. 31. n. 1.* Schambogen ad tit. Decret. de Procurat. n. 10. Videatur Card. de Luca de Judic. disp. 6. n. 9. ubi culpam omissionis, non verò commissiõnis, Domino nocere docet; ad mentem Rotæ Rom. in *rec. p. 6. dec. 181. n. 17.*

394 Sed grandis hic exurgit disputatio: an, si Dominus culpà vel dolò Procuratoris lædatur, ac regressum contra ipsum instituire nequeat, fortè quia ob inopiam solvendo non est, an, inquam, integrum restitui mereatur? Opinione affirmativam præter æquitatem, à praxi moderna agnitam, commendant P. Engel de Procurat. n. 17. P. Westner *ib. n. 68.* Gail. 1. obs. 45. Mynsing. *cent. 2. obs. 2.* Hartmann. Pistor. *lib. 1. q. 36.* Zoëli. *d. 1. n. 22.* Brunnem. ad *l. si quidem 1. ff. Quando appelland. n. 19.*

395 Schwendend. ad Eck. *cit. tit. §. 12.* Nec deficit æquitas Jus partim in *cit. l. si 1. §. ult. ubi dicitur, difficile esse, si Procurator à sententia provocaverit, ut Dominus audiat; ad eòq;*

396 nonnunquam auditur: partim in *l. ex hoc edito 3. §. 1. ff. De eo, per quem factum est, ubi habetur, actorem adversus reum restitui ad pristinam actionem, quam amisit ex facto illius, qui causa tuit, quò minùs reus se listeret in Judicio, si is solvendo non existat, ne propter dolum alienum reus lucrum faciat, & actor damnò*

397 afficiatur: partim denique quia ex clausula generalis toties datur restitutio, quoties iusta causa efflagitat *l. hujus editi 1. in f. ff. Ex quibus causis major,*

Verùm, ut ut perlibenter hanc sententiam; 98 in practica concedam, eam tamen veritati theoricæ non aliter conformem censeo, ac si Procurator cum adversario colluserit, & dolum ejus participaverit. Auctores habeo Struvium *d. l. ib. 35.* Millerum *ibid.* Eckoldum *ubi supra §. 12.* Lauterb. *§. 58.* D. Gletle *cit. q. 31. n. 3.*

Textum non unum 399 invenio. Nam in *cit. l. si Procurator 10. Cod. de Procurat.* absolutè negat Imperator, sententiam rescindi posse, dolò vel fraude Procuratoris latam; ac in *l. eleganter 7. §. 9. ff. de Dol. 400 mal. l. si Procuratorem 8. §. 1. ff. Mand.* tunc demum permittit restitutio, quando & Procurator non est solvendo, & cum adversario suo colluserit; quin & in *l. proponendum 13. §. ult. 401 Cod. de Judic.* minoribus tanquam speciale privilegium tribuitur, quòd rescissionem sententia possint exposcere, si culpà curatorum, minùs in ære & substantia habentium, causam perdidissent. Ergo in casu alio, quàm si minor læsus, aut facta sit collusio cum adversario, Domino, dolò vel culpà Procuratoris detrimentum passo, nulla superest restitutio.

Ad Jura contraria Resp. I. Casum, quòd 402 subinde restitutionem petens Dominus auditur, esse hunc, quando adversarius doli Procuratoris participem se fecit. Resp. II. In *l. ex hoc edito 3. §. 1. ff. De eo per quem &c. actori restitutionem adversus reum idèò concedi: quia actor nihil potest imputari, quòd perierit actio, ubi reus in jus vocatus, ob impedimentum tertii, venire non potuit: potest autem Domino imputari, quòd diligentem hominem pro Procuratore non assumpserit, arg. §. præterea 3. Inst. Quibus mod. re contrah. oblig. §. ult. Inst. de Societ.*

Resp. III. Non 404 videri causam justam, ut res judicata eò solum ex capite rescindatur, quia Procurator est inops: eùm, ut dixi, Dominus semetipsum damnificet, constituendò talem Procuratorem, quem scit, vel scire debet minùs idoneum.

Quid si verò Procurator omninò falsus & 405 fictus Judicium subierit, ane sententia, in illius occasione lata, firmatur, si Dominus eam ratificet?

Resp. I. Sententiam, in favorem Domini latam, per ipsius ratihabitionem non convalescere. Ratio capitalis est: tum quia 406 sententia, Jure publicò annullata, non potest autoritate privatorum convalescere *arg. l. nec ex pratorio 27. ff. de R. l. non dubium 5. in pr. & §. 1. Cod. de LL.* Atqui sententia in Judicio, per falsum Procuratorem agitata, est Jure publicò annullata *cap. in nostra 4. in fin. l. licet 24. Cod. de Procurat. l. si tutor 4. Cod. In quibus causis in integr. restit. non est necessar.* tum quia 407 speciale privilegium est minorum, quòd sententia, alioquin invalida, in ipsorum favorem possit reconvallescere *l. non eò minùs 14. Cod. de Procurat.* tum quia ratihabio Domini non 408 potest auferre adversario jus quæsitum, seu facultatem, exceptionem contra nullitatem sententia opponendi: tum quia sic fraudibus aperiri

aperiretur janua, eùm Dominus studiò posset expectare finem Judicii, ut videret, bonam an malam sententiam Procurator reportaturus sit.

409 Resp. II. Sententiam, in Judicio, à falso Procuratore agitatò, contra Dominum pronuntiatam, per illius ratihabitionem eò duntaxat effectu convalescere, quatenùs ipsi præjudicet. Ratio est: quia sententia semel nulla 410 semper nulla in se manet. Nihilominùs, quia quilibet sibi præjudicare, & ad quòd judicialiter condemnatur, id extrajudicialiter præstare potest: sententia inutilis, subsecuta Domini ratihabitione, eatenùs firmatur, quatenùs in ipsius præjudicium tendit. Sicque intelligenda est *l. eùm minor 3. §. 1. ff. Rationem hab. Videatur P. Engel cit. l. n. 16.* Fachin. *lib. 8. contror. cap. 61.* Zoëli. ad *tit. de Procurat. n. 17.* Franzk. *ib. n. 28.* Struv. *d. exercit. 7. ib. 27.* Miller *ib.* Fleck. *d. l. §. cap. 25. n. 27.* Gletle *cit. p. 1. q. 30.*

Qui secessionem à nobis meditantur, ac 411 sententiam, occasione falsi procuratoris latam, indiffinèdè per ratificationem Domini robur accipere volunt, è quibus præcipui sunt Vantius de Nullit. *sent. tit. ult. num. 101. & seq. Gail. 1. obs. 47. n. 4. & 5.* Brunnem. ad *l. licet verum 5. §. ff. de Judic. n. 1. & seqq.* hanc ipsam pro argumento fumunt: ibi enim dicitur, quòd si quis, eùm procurator non esset, litem sit contestatus, deinde ratum Dominus habuerit, videatur error es in Judicium deducta. Sed exigui valoris hoc argumentum videtur. Nam J. Crus in *d. l. supponit*, mox post litem contestatam, adhuc ante sententiam, gesta falsi Procuratoris à Domino fuisse ratificata; quæ ratificatio idèò concessa fuit: quia, Judicium pendente, nulla exceptio nullitatis adversario adhuc quaerita est. Similis ferè responsio datur ad *l. Si fundus 16. §. 1. ff. de Pignor.* ubi pignus post ratihabitionem Domini convalescere dicitur: quia sit finè præjudicio tertii.

§. VIII.

Quot modis expiaret officium Procuratoris?

Officium Procuratoris, legitimè susceptum, pluribus modis expirat. Primus est mutuus dissensus *l. mutari 24. ff. de Procurat. §. ult. Inst. quib. mod. toll. oblig. dummodò, si lis contestata jam sit, adversarius non contradicat, aut causæ cognitio interveniat arg. 414 cap. mandato 13. d. 1.* quia scilicet per litem contestationem quasi contractus cum adversario inducitur *l. licet 3. §. 11. ff. de Pecul. à contractu verò non licet recedere, parte alterà invitã arg. l. sicut 5. Cod. de O. & A. Lauterbach. d. l. §. 63.*

415 Secundus modus est Revocatio. Potest autem Dominus Procuratorem pro libitu revocare *l. ante litem 16. ff. de Procurat.* Si modò procuratori hoc significet *arg. cap. ex insinuatione 3. eod. tit.* etiam si jurasset se non revocaturum. Rota Rom. in *rec. p. 3. dec. 147.*

416 n. 3. Sed hoc ante litem contestationem. Post litem contestationem, aliter non licet revocare Procuratorem invitum; ac si justa causa allegata, eaque recognita fuerit à Judice; qualis est adversa valetudo, negotiorum multitudo, superveniens affinitas cum adversario, morosa causæ tractatio &c. *cap. quomvis 2. d. 1. in 6. l. post litem 17. & seqq. ff. eod. Rota Rom. in rec. p. 10. dec. 57. n. 1. & seqq. & p. 1. dec. 386. n. 3.* ubi tamen admittitur revocatio tacita per constitutionem novi Procuratoris. Quin verò expensæ jam factæ Procuratori refundendæ sint, nullus dubito cum Card. de Luca de Judic. *disp. 2. n. 13.* P. Engel *ubi supra n. 18.*

417 Tertius modus est Renuntiatio; quæ ipsa, sicut revocatio, liberè potest fieri ante; post

litem verò contestatam non nisi ex justa causa; cujusmodi censetur infirmitas corporis, insperata negotia, inimicitia cum principali &c. *l. filiusfamilias 8. §. ult. cum ll. seqq. ff. d. 1.*

Quartus est Mors Domini. Hæc, si ante 418 litem contestatam acciderit, facit cessare munus Procuratoris, quando satisfactio, ipsò sciente, necdum præcessit *l. si de jure 15. in pr. ff. l. nulla 23. Cod. d. r. secus, si lis contestata, aut satisfactio factem, sciente Procuratore, data fuerit ad. ll. §. item 10. Inst. l. inter causas 26. in pr. ff. Mand. Rota Rom. in *rec. p. 11. dec. 53. n. 12. & 14.* Card. de Luca de Procurat. *n. 2.* Excipitur in Prelis. ult. de Procurat. 419 ille Procurator, qui à Prelatis vel personis Ecclesiasticis deputatur: ille enim, re etiam non amplius integrã, post mortem principalis talis esse definit: quia successores in dignitate Ecclesiastica non tenentur factum anecessoris, sicut hæres factum defuncti, præstare. P. Engel *d. l. n. 20.**

Quintus est Mors Procuratoris: censetur 420 enim electa personæ indultia, nec de heredibus cogitatum esse *l. si quis 27. §. 3. l. manda. cum 57. ff. Mand.* Sed hoc iterum de tempore, litem contestationem procedente, intelligendum est. Nam post litem contestatam 421 hæredes Procuratoris litem prosequi tenentur, si principalis id velit per *d. l. si quis 27. §. 3.* etsi hodie aliud observetur; ut habet Lauterbach. *d. l. §. 67.* & Eckold. *d. l. §. 13.* imò & de Jure *cit. l. si quis, ad Procuratorem extrajudicalem restringi debeat, ut tradit Schwendendorffer in cit. §. 13.*